


Livius Andronicus
Livi Andronici et
Cn. Naevi fabularum
reliquiae

PA
6477
L2
1885





LIVI ANDRONICI ET CN. NAEVI


FABULARUM RELIQUIAE.

*oper Augusti bzo. Antiphrontis in
Lammata de Nonius etc!
~~~~~  
in. canu Marci's, Augusti ad  
m. p. b. d. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.*

EMENDAVIT ET ADNOTAVIT

**Lucianus Mueller.**


*See Commentar bzo. Antiphrontis S. 40!  
mitte auf in. p. b. d. f. g. h. i. j. k. l. m. n. o. p. q. r. s. t. u. v. w. x. y. z.*



BEROLINI.

apud S. Calvarium et Soc.

A. MDCCCLXXXV.



PA  
6477  
L2  
1885

---

Es Actis menstruis Maiis h. a. Ministerii Institutionis publicae Rossici.

Typis expressit Petropoli V. BALASCHEVUS.



## LIVI ANDRONICI ET CN. NAEVI FABULARUM RELIQUIAE.

L. S.

Livii ac Naevii carminum epicorum pariter atque Ennii librorum reliquiae cum nuper essent editae a nobis, haud absurdum visum est illorum, ut antiquissimorum graecanicae artis inter Romanos auctorum, etiam scaenica retractari scripta. Quod consilium eo magis probatum iri doctis confidimus, quod O. Ribbeckius in hac potissimum parte sylloges, qua fabularum latinarum praeter Plautum et Terentium ac Senecam complexus est fragmenta, non ea est versatus cura, quam exigebat rei ut difficultas ita gravitas. Atque id vel maxime ad numeros pertinet, qui quamquam minime sunt saturnii, tam duri interdum apud eum sunt et inconcinni, ut haud dissimiles sint

versibu' quos olim Faunei vatesque canebant.

Addita sunt Livii ac Naevii verbis testimonia scriptorum, qui eis utuntur, nec non commentarius, quo et lectionis varietas quae dicitur notaretur et quae ad illustranda ac disponenda fragmenta pertinere existimarem afferrentur.

Atque critica eadem plane ratione ac via instituta, quam in Ennii Lucillique scriptorum reliquiis tractandis tenuimus. — Veluti orthographiam secuti sumus non cascam illam qua saec. a. Chr. n. III homines Romani usi (nam tali pacto scribi debuit ut puta mastigoporus, Aigistus, Lucurgus, comotria, corolaria, Tarentila), sed eam fere, quae Augusti et successorum eius tempore obtinuit, quo quidem maxime exultam fuisse constat linguam latinam. Archaismi igitur in hac parte ibi tantum a nobis admissi, ubi certis sive auctorum veterum sive codicum firmarentur testimoniis. Sed his dum utimur, semper ca-

vendum, ne medii aevi barbariem cum antiquissima sermonis latini confundamus memoria. Velut quod apud Keilium gr. lat. IV, 559 legitur comoediae Naevianae titulus clamidaria, non ehlamydaria, quis ignorat a monachis innumeris locis pro *y* repositam *i*, *h* autem modo additam, ubi non oportebat, modo subtractam? Itaque in his ut in aliis pluribus multum a Ribbeckii exemplo discessimus.

Praeterea propter metricas rationes ubi oportebat et *s* finale subtractum a nobis neglecta librorum scriptura et *est* orbatum littera initiali.

Ex libris scriptis Nonii grammatici, cuius opera maior pars Livii et Naevii fragmentorum est servata, tres potissimum a nobis sunt adhibiti, Lugdunensis prior (L), Harleianus (H), Guelferbitanus (G). Nota quae est M nostrae significantur coniecturae.—Ceterum in varietate lectionis, quae dicitur, adferenda minora quaedam ac leviora sunt ommissa. In Nonio usi sumus paginis editionis Mercerianae, in Festo vel Paulo Muellermanae, in reliquis grammaticis Putschianae. Etiam Muelleri in Varrone appositae paragraphi. Novae latinitatis thesaurus auctorum classicorum ab A. Maio ex codicibus Vaticanis editorum octava continetur parte.

Omissa quaedam a nobis, interpositis significatur lineolis, at libreriorum neglegentia hausta vel utique supplenda, punctis; quae ubi verbis sunt addita, singulis semipedes singuli indicantur.

## LIVII ANDRONICI

### Tragoediae.

#### I. Achilles.

ní malos imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

#### II.

cf. inc. fab. frgm. VI.

#### II. Ajax mastigophorus.

##### I.

virtúti laus praestátur, set multo ócius  
senió tabescit quám gelu. *(note given by the author)*

##### II.

mirúm videtur, quód sit factum lám diu?



## III.

scholion adser. ad Plauti captiv. III, 4, 82 hortamenta absunt. Atacem, hunc quom vides, ipsum vides? hortamenta flagella quibus aurigae utuntur, cum equos hortantur. Ajax mastigophorus.

## III. Equus troianus.

dá mihi hásee opés, quás petó, quás precór,  
pórrigé, ópitulá!

## IV. Aegisthus.

## I.

iamne óculos specie laétavere optábili?

## II.

nam ut Pérgama  
accénsa et praeda pér partícipes aéquiter  
partitast.

## III.

tum autém lascivum Nérei simúm pecus  
ludéns ad cantum clássum lustratúr vias.

## IV.

nemo haéce vostrum rúminetur mília!

## V.

sollémnitusque deó dicat laudés lubens.

## VI.

in sedes cónlocat se régias,  
Clyteméstra iuxtim; tértias natae ócupant.

## VII.

ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

## VIII.

quin, quód parere méa vos maiestás procat,  
tolerátis animis? témploque hanc dedúcítis?

## IX.

cf. et inc. fab frgm. VIII.

## V. Hermiona.

óbseera tu, Anchiále, matri néquid tuae advorsús fuat.

## VI. Andromeda.

cónfluges ubí conventu cámpum totum inúmigant.

## [VII. Danae].

versus qui ap. Non. 473, 31 s. v. minitas legitur Livii Danaae adscriptus, a nobis Naevii reliquiis additus (frgm. IX).

## VIII. Ino.

Terent. Maur. 1931 sqq.:

Livius ille vetus Graio cognomine suae  
 inserit Inoni versus puto tale docimen.  
 praemisso heroo subiungit namque miuron,  
 hymnum quando chorus festo canit ore Triviae:  
 'set iam purpureo suras include cothurno,  
 balteus et revocet volucres in pectore sinus,  
 pressaque iam gravida crepitem tibi terga pharetra.  
 derige odorisequos ad certa cubilia canes.'

## IX. Tereus.

## I.

rarénter venio.

## II.

égo puerulum interea ancillae súbdam lactentém meae,  
 né fame perbitat.

## III.

crédito,  
 cum illo Philomela éx voluntate núnquam limavít caput.

## IV.

ními' pol inprudénter servos praéstolaras.

## Ex incertis fabulis.

## I.

Varro d. l. lat. VII, 3 nec mirum, quom non modo Epimenides—sed etiam Teucer Livii post annos XV (XII cd. Florentinus) ab suis qui sit ignoretur.

## II.

sed qui sunt hí qui ascendunt áltum oerim?

## III.

namque Taénari celsós ocris.

## IV.

haut út quem Chiro in Pélio docuít ocri.

## V.

quinqúertionem praéco in medium próvocat.

## VI.

florem ánculabant Líberi ex carchésiis.

## VII.

quó Castalia pér struíces sáxeas lapsu áccidit.

## VIII.

púeri, quem ego nefréndem olim alui, lácteam immulgéns opem?

## IX.

múlter, quisquis és, te volumus.

## Comoediae.

## I. Gladiolus.

púlicesne an címices an pédes? respondé mihi.

## II. Ludius.

córruit quasi íctus scena [taúrus] haut multó secus.



[III. Virgo].

conf. Naev. Lycurg. III.

Falso adscripta.

lepu' tútes et pulméntum quaeris?

## CN. NAEVI

## Tragoediae.

## I. Iphigenia.

*Phaenomena cont. J*  
 pássó velo vicinum aquiloni hánc in portum fér foras.

## II. Hector proficiscens.

I.

laétus sum laudári me abs te, páter, a laudató viro.

II.

túnc ipsos adóriam, nequi hinc Spártam referat núntium.

## III. Equus troianus.

I.

sí sciens falló.

II.

numquam hódie effugies quín mea moriarís manu.

III.

sero sapiunt.

## IV. Hesiona.

né mihi gerere mórem videar língua, verum língua.

## V. Danae.

I.

contémpla placide fórmam et faciem vírginis.

II.

desúbito famam tóllunt, siquam sólam videre ín via.

## III.

eam nunc probris scis esse inventam conpotem?

## IV.

quoniam ut quisque meritis, praesens pretium pro noxa  
ferat.

## V.

excidit orationis omnis confidentia.

## VI.

auri vivo fonte lavere me meminim manum.

## VII.

quam quondam fulmine icit Iuppiter.

## VIII.

manubias suppeditas prome!

## IX.

etiam minitas? mitte ea, quae mea sunt magis quam tua.

## X.

indigne exigor patria innocens.

## XI.

suo sonitu claro fulgorivit Iuppiter.

## XII.

omnes formidant homines eius valentiam.

## VI. Lycurgus.

## I.

tuos qui celsos terminos tutant.

## II.

liberi,

quacumque incedunt, omnis arvas opterunt.

## III.

ornamento incedunt gubilei.

## IV.

alte iubatos angues inlaesae gerunt.



## V.

suavisonum melus.

## VI.

vos, qui regalis corporis custodias  
agitatis, ite actutum in frundiferos locos,  
ingenio arbusta ut nata sunt, non obsitu.

## VII.

ducite

eó cum argutis linguis mutas quadrupedes.

## VIII.

alis in alios saltus illicite [ilico,] *patras saltus*  
ubi bipedes volucres lino linquunt lumina. *in 2000*

## IX.

late longeque Thraces nostros fervere.

## X.

thyrsigeræ Bacchæ comodo cum schemate.

pergite,

## XI.

ut in venatu vitulantis ex suis  
lucis nos mittat poenis laceratos feris.

## XII.

ignoteis iteris sumu'. tute scis?

## XIII.

sine ferro, manibus, pecua ut, ad mortem meant.

## XIV.

dic quo pacto eum potiti sitis, pugnan an dolis?

## XV.

namque ludere ut laetantis inter sese vidimus  
propter amnem, aquam creterris sumere ex fonte...

## XVI.

*Bontu* pallis patagiis crocotis malacis mortuilibus.

## XVII.

....risi egomet cassabundum ire ebrium.

*refe* XVIII.

díabathra in pedibús habebat, érat amictus épicroco. *four*

XIX.

cáve sis tuam conténdas iram cóntra cum ira Líberi.

XX.

ne ille mei ferét ingenui aequé ánimi acrem acrimóniam! *fact*

XXI.

síc quasi amnis cíta ruit, sed támen in fluxu fléctitur.

XXII.

óderunt di hominés iniuros.—égone an ille iniúre facimus?

XXIII.

vós; qui astatís óbstinati.

XXIV.

...ut vídeam Vulcani ópera haec flammis fieri flora. *pract*

-XXV.

iam sólis aestu cándor cum liquésceret.

XXVI.

iam víres duplicat flámmae advenientís timos. *?*

XXVII.

proinde húc Dryante régem prognatúm patre  
Lycúrgum cettel

XXVIII. XXIX.

praeterea v. inc. fab II; III.

### Fabulae praetextatae.

#### I. Romulus.

(Alimontium Romuli et Remi.)

#### I.

Donat. in Ter. ad. IV, 1, 21 nam falsum est quod dicitur intervenisse lupam Naevianae fabulae alimontio Remi et Romuli, dum in theatro ageretur.

## II.

Varro VII, 54 quae in Romulo Naevius appellat 'casca' (casca Hermannus; asta cd. Florent.), ab Oscis.

## III.

Varro VII, 107 apud Naevium — in Romulo consponsus (ita Neukirchius coll. VI, 70; sponsus v.), contra sponsum rogatus.

## II. Clastidium.

## I.

Varro VII, 107 apud Naevium in Clastidio: vitulantes; a Vitula.

## II.

*insepulta?*  
*sine culpa?*  
vita insepulta laetus in patriam redux.

## Ex incertis fabulis.

## I.

dubii faventem per fretum introcurrimus.

## II.

vos, quis adcolitis Histrum fluvium atque algidam.

## III.

quam numquam vobis Graeis atque barbaris.

## IV.

odi summissos. profunde aperte dice, quid sit quod times.

## V.

..male parta male dilabuntur.. *non. scdm male parta*  
*et dilabuntur*

## VI.

trionum hic est moderator rusticus.

## VII.

in montes, ubi se venti frangebant loci.

## VIII.

struix malorum.



## Comœdiæ.

## I. Acontizomenos.

I.

acóntizomenos fábulast primé proba.

II.

huius aútem gnatus dicitur geminum álterum  
falso óccidisse.

III.

noctu interfecit.

## II. Agitatoria.

I.

quasi dédita opera quae égo volo ea tu nó n vis, quae ego  
nolo éa cupis.

II.

‘áge ne tibi med ádvorsari dicas, hunc unúm diem  
dómi meae servós sinam ego illos ésse’.—‘tax pax’.—‘póstea  
cúrrenteis ego illos vendam, nísi tu pretio víceris’.

III.

.....ego semper plúri’ feci  
potioremque habui libertatem múlto quam pecúniam.

IV.

nimió plus arte cólligor. cur ré inquaesita cólligor?

V.

secu’ si úmquam quicquam féci, carnificém cedo!

VI.

an vícimus?—‘vicístis’.—‘volop est. quó modo?’—‘dicám tibi’.

VII.

Charis. 204 atque pro et—Cn. Naevius in agitatoria; sed et in Ta-  
rentilla.

## III. Agrypnuntes.

## I.

siquidem vís loqui,  
non pérdocere, núlla longe prómicanda orátios.

## II.

nam in scaénam vos noctúrnos coépit praédatores tóllere.

## IV. Apella.

## I.

cui caépe edundod óculus alter prófluit.

## II.

út illum di perdánt, qui primus hólitor caepam prótulit!

## V. Ariolus.

## I.

sicuti de Naevio quoque accepimus, fabulas eum in carcere duas scripsisse, ariolum et Leontem — unde post a tribunis plebis exemptus est, cum in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum, quibus multos ante laeserat, diluisset.

## II.

deprándi utei leóni si obdas óreas.

## III.

quis here ápod te? — ‘Praenestfni et Lanvini hóspites.’ —  
‘suópte utrosque décuit acceptós cibo,  
altrís inanem vúl vulam madidám dari,  
altrís nuces in prólubium profúndier’.

## VI. Astrologa.

hác tibi próspica, hác déspicá...

## VII. Carbonaria.

tíbi servi multi ápod mensam astant: ille ipse astat,  
quándo edit.



## VIII. Chlamydaría.

néque ammodum a pueris abscessit néque ammodum  
adulescéntulust.

## IX. Colax.

## I.

quid décimas partes? cuántum mi aliení fuit,  
pollúxi tibi iam públicando épulo Hérculis  
[decimas].

*et vereor et volo* II.

ét volo et vereór et facere in prólubiost.

## III.

ubi vidi exanimabiliter timidus pédibus protinam mé dedi.

## IV.

et me ásseri

laudés ago, cum vótis multastí meis,

quod praéter quam vellem aúdebam, hoc mi  
ultró ánnuis.

*mibi annuis*

## V.

cf. inc. fab. XVIII.

## X. Commotria.

Varro VII, 54 in Menaechmis 'inter ancillas sedere iubeas, lanam carere;' idem hoc est verbum in Commotria (ita Turnebus, Cosmetria Bothius, cemetria Florent.) Naevii.

## XI. Corollaria.

## I.

ultró meretur,

quam ób rem ametur: ita dapsiliter suós amicos álit  
et-auget.

## II.

nólo ego

hanc ádeo efflictim amáre, diu vivát volo,  
ut míhi prodesse póssit.

## III.

...útinam nasum abstulisset mórdicus!

## IV.

númne nunc vis té moneam unum, sí videtur, quíppiam?

## V.

st, tace, cave vérbum faxis!

## VI.

nímis hómo formídulosust.

## VII

.....'quid 'salve'? áttattattat áttatae'.—

adulter t. c. rivális, salve! quíd istuc vero te ádvertisti tám cito?

## VIII.

haec démolite.

## IX.

Varro VII, 60 (Plautus) in mercatore: 'non tibi istuc magi' divi-  
diaest quam mi hodie fuit'. hoc itidem in corollaria Naevius. dividia  
ab dividendo dicta, quod divisio distractio est doloris.

## X.

Charis. 177 confestim—Naevius in Tarentilla et in corollaria.

## XI.

Charis. 213 'trit' Naevius in corollaria. significat autem, ut ait  
Plautus in quadam (Curcul. II, 3, 16), crepitem polentarium, id est  
peditum.

## [XII.]

[dividiae mihi fuerunt tám desiduo afuisse te.]

## XII. Dementes.

animae | pauxillulum in med | abitat..

## XIII. Demetrius.

Varro VII, 107 apud Naevium — in Demetrio persibum (ita M,  
persibus v.) a 'perite'. itaque sub hoc glosema 'callide' subscribunt.

## [XIV. Diobolaria].

[myropola áffatim  
mi únguentum largítus est, quo mé venustaré..]

## XV. Dolus.

Varro VII, 107 Naevius — in Dolo 'caperrata fronte', a caprae fronte.

## XVI. Figulus.

Charisius 186 nimis Naevius — in Figulo 'nimis avarus' (ut puto nimis avaru's).

## XVII. Fretum.

equidem hércle opinor praéficast; nam mórtuum  
collaúdat.

*Ribb p. 25*  
*guae sic*

## XVIII. Glaucoma.

*f. p. 25* quód de obsonió stilo mihi ín manum pupugít [meam.] !

## XIX. Gymnasticus.

## I.

áge, utrumst melius: vírginemne an víduam uxorem  
dúcere?—

'virginem, si mústast'.

## II.

edepól, Cupido, cúm tam sis pausíllus, nimi'  
multúm vales.

## III.

hómines, pecua béluasque.

## IV.

sáxa silvas lápides montes díssicis, dispúlveras.

## V.

pol haút parasitorúm áliorum hic simil ést [homo.] !

## VI.

in álto navem déstitui iubet ánchoris.



## VII.

ât enim tu nimis spisse atque târde incedis..

## VIII.

atqui meis bonis  
ômnibus ego te hérem faciam.

## XX. Lampadio.

Varro VII, 107 apud Naevium in Lampadione 'protinam' a 'pro-  
tinus', continuitatem significans. — cf. et Ribbeck. adnot. ad inc. inc.  
pall. com. auct. rel. LXXIX.

## XXI. Leo.

cf. ariol. I.

[XXII. Lydus].

cf. inc. fab. XIII.

## XXIII. Nagido.

Varro VII, 107 apud Naevium — in Nagidone: clucidatus (ita  
Scaliger, caudacus ed. Florentin.), suavis, tametsi a magistris acce-  
pimus: mansuetum.

[XXIV. Nautae.]

Fest. 310 et in nautis (Naevius) [vocat Neptuno v]estem consec-  
[ratam supparum].

## XXV. Nervularia.

.praecisum omásum pernam cállum gliris glándia.

## XXVI. Pellex.

desím socru tuo, frátri patruelí meo?

## XXVII. Personata.

Festus p. 217 personata fabula quaedam Naevi inscribitur, quam  
putant quidam primam (primum v.) aetam a personatis histrionibus. sed  
cum post multos annos comoedi et tragoedi personis uti cœperint, veri-  
similius est eam fabulam propter inopiam comoedorum aetam novam  
per Atellanos, qui proprie vocantur personati, quia ius est eis non  
cogi in scœna ponere personam, quod ceteris histrionibus pati ne-  
cesse est.

[XXVIII. Philemporos].

[sculpóneis batuénda huic latera súnit probe.]

## XXIX. Proiectus.

populús patit:

? / tí non patias? —

## II.

'quid moras?' — 'quid imperas?' *temperas?*

## XXX. Quadrigemini.

suo labóri is nullus párcuit.

## XXXI. Stalagmus.

nisi [iám] deo meo própitio meus ést homo.

## XXXII. Stigmatia.

Varro VII, 107 apud Naevium — in stigmatia: praebia a praebendo (ita v., proebia vel proebra a prohibendo Scaliger), ut sit tutus, quod sint remedia in collo pueris.

## XXXIII. Tabellaria.

## I.

quí habet uxorém sine dote, pánnum positum in púrpurast.

## II.

dótem ad nos nullam áttulas.

## XXXIV. Tarentilla.

## I.

quae ego in theatro hic meis probavi pláustibus,  
 ea núnc audere quémquam regem rúmpere?  
 quantó libertatem hánc hic superat sérvitus!

## II.

quási pila ludéns datatim dát se et communém facit.  
 álii adnutat, álii adnietat, álium amat, aliúm tenet.  
 álibi manus est ócupata, álium percellit pede,

*alii percellit. + peram*



*at labris*  
 anulūm álii dat spectandum, sáviis alium invocat,  
 cum álio cantat, át tamen alii dúcit digito lítteras.

*dat alii digito litteras*  
 III.

*?*  
 oíei! iamne audént mecum unad ápparere?... *Varis*

IV.

facéte et defricáte.

V.

*?*  
 útrubi cenatúris estis, hícine an in triclinío?

VI.

attáttatae,

cáve cadas, amábo.

VII.

vereor sério.

VIII.

*porro?*  
 rúsus verbum cúm eo facerem? *quá pro confidentia? cum eo ego unum*

IX.

ubi isti dúo adulescentés habent,  
 qui hic árte parta pátria peregré pródigunt?

X.

sálvi et fortunáti sitis dúo duum nostrúm patres!

XI.

*et unum!*  
 prímu[m] ad virtutem út redeatis, ábeatis ab ignávia,  
 dómi patres patriam út colatis pótius quam peregrí probra.

*decus?*  
 XII.

*voto?*  
 núnquam quisquam amíco amanti amíca nímí siét fidelis,  
 néc nímis siét morigera nóto quisquam!

XIII.

Varro d. l. l. VII, 108 apud Naevium — in Tarentilla 'pellucidum' (ita O. Ribbeckius, pacuidum ed. Florent.), ab luce, illustre.

## XIV.

confestim; cf. coroll. X.

## - XV.

atque; cf. agitator. VII.

## XXXIV. Technicus.

Varro d. l. l. VII, 108 apud Naevium — in tecnico 'confictant'; conficto a confingere (ita O. Ribbeckius, a conficto convenire c d d.) dictum.

## XXXVI. Testicularia.

immo quos scicidimus concidam atque abiciam..

## XXXVII. Triphallus.

## I.

sin úmquam quicquam filium rescívero  
argéntum amoris caúsa sumpse mútuum;  
extémpulo illo té ducam, ubi non déspuas.

## II.

deos quaéso ut adimant ét patrem et matrém meos.

## XXXVIII. Tunicularia.

## I.

Theódotum appelles, qui áris compitálibus  
sedéns in cella circumtectus tégetibus  
larés ludentis péni pinxit búbulo.

## II.

éxbolas quassánt.

## III.

eius nóctem nauco dúcere.

Ex incertis fabulis.

## I.

patí necessest múlta mortalés mala.

## II.

non hérele apludast hódie quam tu néquior.

## III.

circúmvenire video ferme iniúria.

## IV.

ingúrgitavit úsque ad imum gútturem.

## V.

an nátast sponsa praégnas? vel ai vél nega.

## VI.

eu méa puella! e spe équidem id successit tibi.

## VII.

etiám qui res magnás manu per géssit glorióse,  
cuius fáeta viva núnc vigent, qui apud géntes solu' praéstat,  
eum suús pater cum pállio ab amíca abduxit úno.

## VIII.

dictátor ubi currum ínsidet, pervéhitur usque ad óppidum.

## IX.

tantum íbi molae crepitúm faciebant, tintinneibant cómpedes.

## X.

mare interbibere.

## XI.

vagus ést et lustró.

## XII.

libera linguá loquemur lúdis Liberálibus.

## XIII.

cédo rem publicám qui vestram tántam amistis tám cito?—  
próveniebant óratores nóvei, stulti adulescéntuli?

## XIV.

némínem vídī qui número scíret, qum scitóst opus.

## XV.

péssimorum péssime, audax!—'gáneo, lustró, áleo!'



## XVI.

quid si taceat? — 'dúm eum videat, tám sciat quid scrip-  
túm siet'.

## XVII.

sónticam esse opórtet causam, quam ób rem perdas mú-  
lierem.

## XVIII.

vérum scapulae plús an collus hábeat calli, néscio.

## XIX.

et qui fuerit persivus carpenti adstratio.

## XX.

cócus edit Neptúnus Venêrem Cérerem.

## XXI.

mérula sanderácinod ore.

## XXII.

Fronto ep. ad M. Caesarem II, 10 (pg. 27 ed. Naber.) haec enim olim incommoda (assentatio et perfidia) regibus solis fieri solebant; at enim nunc adfatim sunt qui et regum filiis, ut Naevius ait, linguis faveant adque adnutent et subserviant.

## XXIII.

Fronto epist. ad M. Caesarem II, 2 (pg. 27 ed. Naber.) sed istae litterae ad me tuae — non satis proloqui possum ut animum meum gaudio in altum sustulerint, desiderio flagrantissimo incitaverint. postremo, quod ait Naevius,

ánimum amore cápitali conpléverunt.

## XXIV.

depúvit me miseram ad necem. 7

## XXV.

petimine pórcino qui méruerat.

## XXVI.

bilbit ámphora.

## XXVII.

nunc primulum

amásco.

## XXVIII.

Varro VI, 70 qui idem ut faciat obligatur sponso, consponsus. hoc Naevius significat cum ait: consponsi.

## XXIX.

obsequium Plautum et Naevium prius dixisse quam Terentium testatur Donatus ad Andr. I, 1, 41.

## XXX.

Fest. 242 penitam offam Naevius appellat absegmen carnis cum coda. antiqui autem offam vocabant abscisum globi forma ut manu glomeratam pultem. — cf. id. 230 penem antiqui caudam vocabant. a qua antiquitate etiam nunc offa porcina cum cauda in cenis puris offa penita vocatur.

## XXXI.

Festus 210 Pisatem (ita Lindemannus, Pisalitem ed., Pisatitem Paulus 211) appellat Naevius Pantaleontem tyrannum, id est Pisis oriundum, cum alioqui inde profecti nunc Pisani dicantur.—Paul. 211 Pisatitem Naevius dixit e Pisis oriundum.

## XXXII.

Paulus 62 concipillavisti (ita M, concipilavisti v.) dictum a Naevio pro corripuisti et involasti.

## XXXIII.

Festus 36 buttubatta (ita M, butubatta v.) Naevius pro nugatoriis posuit, hoc est nullius dignationis.

## XXXIV.

cf. testim. ad Lyeurg. XXIV.

## XXXV.

Terent. prol. Andriae, ubi excusat Andriam a se contaminando compositam ex Andria et Perinthia Menandri 18 sqq.:

qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium accusant, quos hic noster auctores habet.



## XXXVI.

Mar. Victorin. 2524 quod vero ad clausulas, id est minuscula cola, pertinet, quot genera versuum sunt, totidem eorum membra pro clausulis poni possunt. et solent in canticis magis quam diverbiis, quae ex trimetro magis subsistunt, collocari et praecipue apud Plantum et Naevium et Afranium. nam hi maxime ex omnibus membris versuum, hoc est colis ab his separatis, licenter usi reperiuntur in clausulis.

## Dubia.

*irrisu ab Ribba*

vaé! quae sperat sé nupturam iam vere adulescéntulo,  
éa licet senile tractet détritum rutábulum?

## Falso adscripta.

## I. Andromacha.

quod tú, mi gnate, quaéso ut in pectús tuum  
demíttas, tamquam in físcinam vindémitor.

## II. Lupus.

Véiens rex regém salvere iúbet Albanum Amúlium  
cómiter seném sapientem. nón redhostis?—mí malest.

## TESTIMONIA AUCTORUM.

## Livius.

## I. Achilles.

Non. 365, 25 pretium, poenae exitum. Livius Achille. — id. 473, 22 imitat—Livius Achille.

## II. Ajax mastigophorus.

I Non. 207, 23 gelu neutri generis. Titus Livius in aiace mastigophoro (ita ed. Urbinas 308; Titus Livius pisi adtacetico foro libri non interpolati; recte docti Titus Livius Aiace mastigophoro; illud pisis tamen quid sibi velit aut unde sit ortum non comparet).

II Non. 127, 16 iamdiu pro olim. Livius Aiace.

## III. Equus Troianus.

Non. 475, 10 opitula. Livius equo troiano.

## IV. Aegisthus.

I Non. 132, 32 laetare et laetiscere laetificare et laetum fieri. Livius Aegistho. — id. 386, 23 species dicitur effigies, facies. L. Aeg.

II Non. 512, 32 aequiter. Livius Aegistho.

III Non. 335, 21 lustrare est circumire—Livius Aegistho.—id. 155, 29 pecus non solum quadrupes animal, verum omnia animalia pecudes dicuntur—Livius Aegistho: tum—pecus.

IV Non. 166, 29 ruminare dictum in memoriam revocare — Livius Aegistho.

V Non. 176, 13 sollemnitus pro sollemniter. Lucilius Aegistho (Livius vulgo, Accius Vrbinas 308, liber interpolatus).

VI Non. 127, 30 iuxtim pro iuxta. Livius Aegistho.

VII Non. 110, 29 fligi, affligi. Livius Aegistho.

VIII Non. 23, 25 procacitas a procando, id est poscendo dicitur — Livius Aegistho.

## V. Hermiona.

Non. 111, 12 fuam, sim vel fiam—Livius Hermiona.

## VI. Andromeda.

Non. 62, 20 confluges, loca in quae rivi diversi confluant. Livius Andromeda.

## VII. Ino.

cf. commentarium.

## VIII. Tereus.

I Non. 515, 29 rarenter—Livius Tereo.

II Non. 153, 26 perviterè, perire—Livius Tereo.

III Non. 334, 7 limare etiam dicitur coniungere—Livius Tereo.

IV Non. 475, 32 prestolat pro prestolatur—Livius Tereo.

## Ex incertis fabulis.

II—IV Festus p. 181 ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro glossematorum refert, montem confragosum vocabant, ut apud Livium.

V Festus p. 257 quinquertium, Livius quoque ipsos athletas sic nominat: quinquertiones e. q. s.—Paul. p. 256 ipsos quoque athletas Livius quinquertiones appellat.

VI Paulus p. 11 anclare haurire a graeco descendit. Livius: florem e. q. s.—thes. nov. latin. VIII, 26 anelo—haurire—unde Livius.

VII Fest. p. 310 struices antiqui dicebant extruccionem omnium rerum—Livius.

VIII Paulus pg. 163 alii dicunt nefrendes infantes esse nondum rendentes, id est frangentes. Livius: quem e. q. s.—Festus 162 Ateius . . . ndentes id est . . . . . ri quem ego ne . . . . . so- pem. reliqua perierunt.—ex Paulo petitus versus legitur in thesauro nov. latin. VIII, 214 et 378, quo loco Naevio tribuitur.

IX Non. 197, 31 cuis et generi feminino attribui posse veterum auctoritas voluit. Livius.

### I. Gladiolus.

Festus p. 210 pedes autem pro pediculis—Livius in gladiolo.

### II. Ludius.

Fest. 330 scenam genus [fuisse ferri] manifestum est, sed utrum securis an dolabra sit ambigitur. quam Cincius in libro qui est de verbis prisca dolabram ait pontificiam. Livius (ita ed. teste H. Keilio mus. Rhenan. VI, 625) in Lydio.

### Falso adscripta.

v. commentarium.

## Naevis.

### I. Iphigenia.

Non. 370, 25 passum extensum patens—Naevius in Iphigenia.

### II. Hector proficiscens.

I Cicero tuscul. IV, 31, 67 aliter enim Naevianus ille gaudet Hector: laetus e. q. s. aliter ille apud Trabeam.—idem versus refertur ab eo epist. ad fam. XV, 6, respicitur ibid. V, 12, nec non a Seneca ep. XVII, 2 et Symmacho ep. I, 3; IX, 110, qui eum traxerunt a Cicerone.

II Priscian. 801 adorior et adorio—Naevius in Hectore proficiscente: tunc e. q. s.

### III. Equus troianus.

I Cic. epist. ad fam. VII, 1, 2 cum narretur ludis a. u. 699 actas esse Clytaemestram et equum troianum et Aesopum actorem, cum iurare



coepisset, voce defectum in verbis si sciens fallo, recte O. Ribbeckius dixit haec referenda videri ad ius iurandum Sinonis, quo Priamo et Troianis illusit.

II Macrob. saturn. VI, 1, 38 Vergilius (ecl. 3, 49) numquam hodie effugies; veniam quocumque vocaris. Naevius in equo troiano.

III Cicero ep. ad fam. VII, 16 in equo troiano seis in extremo „sero sapiunt“. — Festus 343 „sero sapiunt Phryges“ proverbium est natum a Troianis, qui decimo denique anno velle coeperant Helenam quaeque cum ea erant rapta reddere Achivis. — haec rectius Naevio tribuuntur a doctis quam Livio, cuius fabularum versus numquam citantur a Cicerone.

#### IV. Hesiona.

Gellius X, 25 admonendum lingulam veteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naevius in tragoedia Hesiona. versus Naevi apposui. — Varro VII, 107 multa apud poetas reliqua esse verba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naevium in Aesiona (omissus a librariis versus Naevii); enimvero gladii lingula a lingua.

#### V. Danae.

I Non. 470, 1 contempla—Naevius Danae.

II Non. 306, 7 fama est rursus infamia—Naevius.—idem 518, 1 desubito—Naevius Danae.

III Non. 456, 25 comptem in bonam partem solum accipi putatur, cum et in mala positum sit—Naevius Danae.

IV Non. 366, 4 pretium pro praemio—Naevius Danae.

V Non. 262, 25 confidentia, constantia—Naevius in Danae.

VI Non. 504, 1 lavit pro lavat—Naevius Danae.

VII Non. 124, 14 icit significat percutit, ab ictu—Naevius Danae.

VIII Non. 138, 17 manubias, manus exuvias—Naevius Danae.

IX Non. 473, 31 minitas pro minaris. Livius (Naevius ed. Aldina) Danae.

X Non. 291, 5 exigere est excludere—Naevius Danae.

XI Non. 110, 17 fulgorivit, fulgorem fecit vel fulmine afflavit. Naevius Danae.

XII Non. 186, 23 valentia fortitudo. Naevius Danae.



## VI. Lycurgus.

I Non. 476, 9 tutant—Naevius Lycurgo.

II Non. 192, 29 arva—feminino—Naevius Lycurgo.

III Festus 174 nobilem antiqui pro noto ponebant, et quidem per g (c *cd.*)—Naevius in Lycurgo. (ita M, levius in virgo *cd.*).

IV Non. 191, 16 angues masculino genere—Naevius Lycurgo.

V Non. 213, 10 melos genere neutro. Naevius Lycurgo.

VI Non. 323, 1 ingenium veteres dixerunt et pro sua sponte vel natura. Naevius Lycurgo.

VII Non. 9, 24 mutus onomatopoeia est incertae vocis, quasi mugitus; nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet. Naevius Lycurgo.

VIII Non. 6, 17 illicere est proprie illaqueare. Naevius Lycurgo.

IX Non. 503, 19 fervit—fervere facit ut spernit spernere—Naevius Lycurgo.

X Non. 225, 1 schema—neutro. Naevius Lycurgo.

XI Non. 14, 19 vitulantes veteres gaudentes dixerunt—Naevius Lycurgo.

XII Non. 124, 27 ignote, id est inscie. Naevius Lycurgo.—id. 485, 5 iteris positum pro itineris—Naevius Lycurgo.—Priscian. 695 quamvis antiqui hoc iter iteris et hoc itiner itineris dixerint—Naevius in Lycurgo.—ex Prisciano sunt ducta quae leguntur thes. nov. lat. pg. 127; 194; ubi perperam Plauti nomen pro Naevii positum.

XIII Non. 159, 7 pecua et pecuda—veteres dixerunt. Naevius Lycurgo.

XIV Non. 481, 28 sic potior illam rem pro illa re potior—Naevius Lycurgo.

XV Non. 547, 28 creterra est quam nunc situlam vocant. Naevius Lycurgo.—quaedam ex Naevii verbis etiam servata 84, 14, ubi post 'colustra' excidit 'creterra' glosa.

XVI Non. 540, 5 patagium, aureus clavus, qui pretiosis vestibus immitti solet—Naevius Lycurgo.—id. 548, 26 caltulam et crocotulam, utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco—N. Lycurgo.

XVII. XVIII Varro VII, 53 apud Naevium: risi e. q. s. cassabundum a cadendo, idem: diabathra—epicroco. utrumque vocabulum Graecum.—ad Lycurgum rettulit Scaliger.

XIX Non. 259, 5 contendere significat comparare—Naevius Lycurgo.

XX Non. 73, 17 acrimonia est animi vivacitas. Naevius Lycurgo

XXI Non. 191, 34 annem feminino—Naevius Lycurgo.

XXII Non. 124, 30 iniure (ita M. iniurie vulgo) dictum pro iniuriose. Naevius Lycurgo.

XXIII Fest. 193 obstinato, obfirmato, perseveranti—Naevius Lycurgo.

XXIV Non. 109, 25 fimbriae sunt omnis extremitas. Naevius .... flora florida (Naevius—florida add. a Mercero). Naevius Lycurgo.

XXV Non. 334, 32 liquidum rursus significat molle et fluxum — Naevius Lycurgo.

XXVI Non. 487, 8 vapor et vapos et timor et timos — Naevius Lycurgo.

XXVII Non. 84, 32 cette significat dicite vel date, ab eo quod est cedo. Naevius Lycurgo.

## II. Clastidium.

II. Varro VII, 78 nam ut signa quae non habent caput aut aliam quam partem nihilominus in reliquis membris eorum esse possunt analogiae: sic in vocabulis casuum possunt item fieri, ac reponi quod aberit, ubi patietur natura et consuetudo, quod nonnumquam apud poetas invenimus factum, ut in hoc apud Naevium in Clastidio.

## Ex incertis fabulis.

I. Non. 205, 27 fretum — masculini — Naevius.

II. III. Cic. orat. 45, 152 nobis ne si cupiamus quidem distrahere voces conceditur; indicant — omnes poetae praeter eos qui ut versum facerent saepe hiabant, ut Naevius: vos — algidam, et ibidem: quam e. q. s.

IV. Paulus 299 summussi dicebantur murmuratores. Naevius odi. inquit, summussos—sit.—Fest. 298 .....ssi dicebantur..... Naevius odi inquit..... inde aperte dice..... times.

V. Paulus 222 partus et pro nascendo ponitur et pro parato. Naevius. — Cic. philipp. II, 27, 66 sed ut est apud poetam nescio quem: male e. q. s. — schol. ad Hor. III, 24, 61 sq. indignoque pecuniam heredi properat. scilicet improbae crescunt divitiae — ut: male p. m. d.

VI. Isid. orig. XII, 1 hunc (bovem) Latini trionem vocant. Naev.

VII. Isid. orig. XIV, 8, 27 confrages, loca in quae undique venti concurrunt ac sese frangunt, ut Naevius ait: in montes e. q. s. — ex



Isidoro petita schol. Lucani VI, 126 habet haec: confraga sunt loca, in quibus undique venti concurrunt, ut Naevius ait: in m. — frangebant.

VIII. Serv. in aen. IV, 267 extruis a struice—Naevius nominativo singulari.

### I. Acontizomenos.

I. Charis. 188 prime Naevius in acontizomeno.

II. Charis. 179 falso N. in a.

III. Charis. 185 noctu diuque Sallustius historiarum secundo — at vero Titinius in barbato: noctu diusque ait. N. i. a. (acotizomenos cd.).

### II. Agitatoria.

I. Char. 177 dedita opera — vim adverbii retinet. Naevius in agitatoria.

II. Char. 213 tax pax N. in ag.

III. Char. 188 pluris N. in ag.

IV. Char. 187 nimio pro nimis N. in ag.

V. Char. 195 secus pro aliter. N. in ag.

VI. Char. 213 tax pax N. in ag. — eho idem in eadem.

### III. Agrypnuntes.

I. Non. 65, 3 promicare extendere et porro iacere, unde emicare. Naevius agrypnuntibus.

II. Non. 150, 22 praedatores (ita M, praemiatores nocturni v.) praedones. Naevius amnagremnuntius.

### IV. Apella.

I. Prisc. 681 frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Naevius in Apella (appella edd.). — thes. nov. lat. VIII, 133 hoc cepe — unde Naevius.

II. Prisc. 681 hae cepae — quamvis antiquissimi in a quoque singulare feminino genere hoc recte protulisse inveniantur. Naevius in Apella (appella edd.). — anonym. Bernensis apud Hagenum anecdot. Helvetic. 106 Naevius: illum — cepam.

### V. Ariolus.

II. Fest. 182 oreae, freni, quod ori inseruntur. — Naevius in hariole.

III. Macrob. saturn. III, 18, 6 nux haec Abellana seu Praenestina — inde scilicet Praenestinae nuces. est et illud apud Naevium in fabula ariolo.

#### VI. Astrologa.

I. Non. 155, 25 prospica et despica, intenta et contempta. Naevius astrologa (ita vel astiologa O. Ribbeckius; edd. assitogiola; etiam alia sunt praesto velut aretalogo): ac sibi e. q. s. potest ergo prospicus et despicus dici.

#### VII. Carbonaria.

I. Prisc. 893 vetustissimi tamen etiam 'edo' 'edis' dicebant correpta prima syllaba. Naevius in carbonaria: tibi e. q. s. non potest enim in hoc iambo paenultima syllaba longa esse, ut intellegatur praeteritum, ne sit seazon.

#### VIII. Chlamydaría.

I. Inc. auct. explan. in Donat. (gramm. lat. IV, 559) admodum — quaesitum est num pro valde usque dicamus. et in usu fuit — apud Naevium in clamidaria.

#### IX. Colax.

I. Prisc. 874 polluceo polluxi — Naevius in colace.

II. Non 64, 10 prolubium (proluvium edd.) — Naevius colace.

III. Non. 376, 12 nonnulli veterum pro eo quod protinus est protinam vel protinis converterunt — Naevius in colace.

IX. Non. 462, 32 multare, cum sit condemnare, positum est pro augere, voti compotem reddere. Naevius colace.

#### XI. Corollaria.

I. Charis. 178 dapsiliter Naevius in corollaria.

II. Charis. 178 efflictim Naevius in corollaria: nolo e. q. s.; ubi Probus: usque donicum effligatur.

III. Char. 184 mordicus — Naevius in e.

IV. Char. 192 quippiam N. in e.

V. Char. 214 'st' (ita Fabricius, it ed.) N. in e.

VI. Char. 186 nimis Naevius — in e.

VII. Char. 214 attattattat attatáe N. in e.

VIII. Diomed. 395 demolio — N. in e. 'haec d.' inquit.



XII. Fulgent. 565 desidio dicitur diuturne. unde et Varro in *collaria* ait: *dividiae e. q. s.*; cf. *frgm. IX.*

### XII. Dementes.

Diomed. 335 *iterativa* sive *frequentativa* est verborum qualitas quae assiduum in agendo vim habet — velut — ‘*exerceo*’ — dicimus: hoc iteratur hoc pacto: ‘*exercito*’ — id est ‘*assidue exerceo*’ — item ‘*adeo*’ ‘*adis*’. hoc iteramus ‘*adito*’ ‘*aditas*’ dicitantes, ut Ennius ‘*ad eum aditavere*’. item ‘*abeo*’ et ‘*abito*’ dicimus, ut apud Naevium in *dementibus*: animae *pauxillulum* in me habitat (ita M; *cdd.* item dicitantes ut Ennius: *ad eum aditavere*. item *habeo* et *habito* dicimus *e. q. s.* item *adeo adis* hoc iteramus *adito aditas*).

### [XIV. Diobolaria.]

Fulgent. 565 *myropolae* dicuntur qui unguenta vendunt, ut sunt *pigmentarii*. unde et Naevius in *diobolaria* ait: *myropola e. q. s.* *affatim* dicitur abundanter, *venustare* vero exhilarare est.

### XVII. Fretum.

Varro VII, 70 *praefica dicta*, ut Aurelius scribit, mulier ad luctum quae *conduceretur*, quae ante domum mortui laudes eius caneret — quibus testimonium est quod *fretum* est Naevii: haec quidem *e. q. s.* Paulus 223 *praeficae* dicuntur mulieres ad lamentandum mortuum conductae, quae dant ceteris modum plangendi, quasi in hoc ipsum praefectae. Naevius: haec quidem *e. q. s.*

### XVIII. Glaucoma.

Priscian. 894 *pungo pupugi* vel *punxi* — Naevius in *glaucoma* (*glauconia* quidam libri).

### XIX. Gymnasticus.

I. Non. 136, 7 *mustum* non solum *vinum*, verum *novellum* quidquid est *recti* dicitur. Naevius *gymnastico*.

II. Non. 421, 25 *cupido* — cum *masculino* deum ipsum — N. g.

III. Non. 159, 5 *pecua* et *pecuda*, ita ut *pecora*, veteres dixerunt. N. g.

IV. Non. 95, 27 *dispulverare* est *dissolvere* N. g.

V. Non. 224, 25 *simile* est pro *similis* est. pro *masculino* positum *neutrum*. Titinius — N. g.

VI. Non. 280, 1 destitui est desolari, destitui rursus statui. N. g. (gymnasticó, m. 2 gymnastico H).

VII. Non. 392, 15 spissum significat tardum — N. g.

VIII. Non. 486, 31 herem pro heredem. N. g. (geminastico Bamberg).

#### XXV. Nervularia.

Non. 151, 1, praecisum et omasum partes carnis et viscerum. Naevius nervularia (nervolaria Ritschelius, herularia *H L*, erularia *G*).

#### XXVI. Pellex.

Non. 223, 21 socrus et masculino genere veteres dici posse voluerunt. Naevius pellice (ita Bothius, pellico libri).

#### [XXVIII. Philemporos.]

Fulgent. 562 sculponeas (ita docti, isculponeas v.) dici voluerunt cestus plumbo ligatos. unde et Naevius Philemporo comoedia ait: isculponeis e. q. s.

#### XXIX. Proiectus.

I. II. Diomed. 395 patio Naevius in proiecto (prolecto Mon.; prolecto edd. vet.): p. p., inquit, tu n. p. moro item Naevius in eodem.

#### XXX. Quadrigemini.

Non. 153, 22 parcuit pepercit. Naevius quadrigeminis.

#### XXXI. Stalagmo.

Donat in Terent. Phorm. I, 2, 24 deo irato meo; videtur — addidisse meo, ne esset ἀρμυρίβολον, cui diceret 'irato deo'. Naevius in Stalagmo docti, nisi iam *M*, libri stalagmonisa deo vel simil.)

#### XXXIII. Tabellaria.

I. Non. 218, 22 pannus — neutro. Novius (Nevius cd. Vrbinas 308) tabellaria.

II. Diomed. 376 quamquam et id perfectum, quod est 'attuli', ex alio verbo proficisci reperimus apud veteres, ex eo quod est attulo (ita Parisin. alter m. sec., attollo v.), ut Naevius in tabellaria (Novius Bothius).

huius fabulae utrum Naevius sit auctor an Novius non satis constat, conferenda tamen quae sunt adscripta ad inc. fab. testimon. XXVII.

## XXXIV. Tarentilla.

I. Charis. 192 quanti, cum interrogamus nec emimus; quanto, cum emptam rem quaerimus. atqui Cato—Naevius in Tarentilla.

II. Isid. origin. I, 25 Ennius de quadam impudica: quasi — litteras. — Paulus 29 adnecat, saepe et leviter oculo annuit. Naevius in Tarentilla: alii — tenet. — ex Paulo ductum h. v. habet thesaur. nov. latin. VIII, 54, ubi Livio, et 372, 376, ubi Plauto adscribitur — etiam in glosis Amplonianis 254 legitur: adnecitare, id est cum palpebris innuere — Plautus: alii adnutat, alii adnecat.

III. Charis. 213 oiei (ita Bothius, ei ei v.). Naevius in Tarentilla.

IV. Char. 178 defricate. N. in T.

V. Char. 198 utrubi. N. in T.

VI. Char. 213 oiei. N. in T. — attattatae (atattatae cd.): idem in eadem.

VII. Char. 195 serio pro vere. N. in T.

VIII. Char. 193 rursus negant dici debere, sed rursus, ut iterum, Maro tamen rursus (aen. II, 401). [idem apud Naevium] inveni. nam is in Tarentilla.

IX. Char. 189 peregre pro peregrī. N. in T.

X. Charis. 102 duum — N. in T.

XI. Charis. 189 peregrī cum in loco est — N. in T.

XII. Char. 186 nimis. N. in T.

## XXXVI. Testicularia.

Prise. 890 scindo scidi. vetustissimi tamen etiam scicidi proferebant. Naevius in testicularia.

## XXXVII. Triphallus.

I. Gellius II, 19, 2 qui factum aliquod occultius aut inopinatum insperatumque cognoscit, is dicitur proprie 'rescire' — Naevius in triphallo ita scripsit: si e. q. s.

II. Donat. in Terent. adelph. IV, 1, 5 moriatur scilicet. set (v. et) hoc adversus servum non (omiss. v.) debet dicere, ne indecorum adolescentis personae sit haec ita dixisse, quamvis eiusmodi adulescentes



inducant comici, ut Naevius in triphallo. ita Bothius, libri tribaselo, tribascelo vel sim.; tribacelo (ab eo quod sit *τριβάκηλος* vult ductum) Ribbeckius.

### XXXVIII. Tunicularia.

I. Fest. 230 penem antiqui eodam vocabant—dictum est forsitan a pendendō. Naevius (neut' e d.) in tunicularia.

II. Varro VII, 108 apud Naevium—in tunicularia: exbolas e. q. s.

III. Festus 166 naucum ait Ateius Philologus poni pro nūgis—N. in t.

### Ex incertis libris.

I. Hieronymus ad Heliodorum epist. 3 in epitaph. Nepotiani: Naevius poeta pati, inquit, e. q. s.

II. Paulus 10 apluda est genus minutissimae paleae frumenti sive panici, de qua Naevius.—thesaur. novae latin. VIII, 54 appluda sorbitiuncula ex paleis facta. Naevius.

III. Varro VII, 92 apud Naevium: circumvenire e. q. s. ferme dicitur quod nunc fere.

IV. Non. 207,20 guttur—masculino—Naevius.

V. Priscian. 875 aio—imperativus in i terminans—Naevius: an e. q. s.—id. 906 aio—imperativo in i terminante. sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Naevium protulisse: an e. q. s.—idem infra eodem versu usus, quo demonstraret a in ai breve.—Dio-med. 370 dictum est ai, ut Naevius alicubi: an e. q. s.

VI. Varro VII, 93 euax—ut apud Ennium—apud Naevium (ita docti; apud Ennium v.). cf. comment. in Enn. pg. 246

VII. Gell. VII, 8 Scipionem istum, verone an falso incertum, fama tamen, cum esset adolescens, haud sincera fuisse, et propemodum constitisse hosce versus a Cn. Naevio in eum scriptos esse.

VIII. Varro V, 153 in circo primo unde mittuntur equi, nunc dicuntur carceres, Naevius oppidum appellat. carceres dicti, quod coercentur equi—quod ad muri speciem pinnis turribusque carceres olim fuerunt, scripsit poeta: dictator e. q. s.

IV. Festus 364 tintinnire (titinire libri quidam) est apud Naevium hoc modo: tantum e. q. s.—Paulus 365 tintinnire et tintinnabant Naevius dixit pro sonitu tintinnabuli.

X. Isidor. origin. V, 26 praepositionem inter pro e ponebant antiqui. Naevius.



XI. thes. nov. lat. VIII, 313 hic lustrō—ille qui vagus est et nihil agit, nisi fora lustrat, unde Naevius de quodam: vagus, inquit, est et lustrō.

XII. Paulus 116 Liberalia Liberi festa—Naevius.

XIII. Cic. Cat. mai. 7,20 quodsi legere aut audire voletis externa, maximas res publicas ab adolescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis: cedo—cito? sic enim percontantur, ut est in Naevii poetae libro (Iudo pars librorum meliorum). respondentur et alia et hoc in primis: proveniebant e. q. s.

XIV. Festus 170 numero—apud Naevium—i. e.: nimium sciret.

XV. Paulus 29 aleonem, aleatorem. Naevius. — thes. nov. lat. VIII, 30 hic aleo—Naevius.

XVI. Festus 360 at antiqui „tam“ etiam pro tamen usi sunt, ut Naevius: quid e. q. s.

XVII. Festus 290 sonticum morbum in XII significare ait Aelius Stilo certum cum iusta causa, quem non nulli putant esse, qui nocet, quod sontes significat nocentes. Naevius.—Paulus 291 sonticum iustum. Naevius.

XVIII. Nonius 225 collus masculino—Naevius cor (colace Iunius e codice quodam interpol., corollaria alii minus bene, cum numquam alias hac fabula utatur Nonius).

XIX. Festus 217 persibus (ita Scaliger, ed. persicus) peracutum significare videtur ut—Naevius.

XX. Paulus 58 cocum et pistorem apud antiquos eundem fuisse accepimus. Naevius: cocus, inquit, edit e. q. s. significat per Cererem panem, per Neptunum pisces, per Venerem olera.—idem fragmentum legitur thes. nov. lat. VIII, 131, ubi Ennio adscribitur.

XXI. Festus 325 sanderacam [ait esse genus coloris] quod Graeci sandycem appellant]. Naevius: meru[la sanderacino ore].—Paulus 324 sandaraca genus coloris. Naevius: m. e. q. s.

—XIV. thes. nov. latin. VIII, 175 depuvire (depuire v.) verberare. Naevius. X X

XXV. Fest. 209 petimina in umeris iumentorum ulcera -- vulgo appellant — eo nomine autem et inter duos armos suis quod est aut pectus solitum appellari testatur Naevius in descriptione suillae cum ait.

XXVI. Paulus 34 bilbit factum est a similitudine sonitus qui fit in vase. Naevius: bilbit amphora, inquit.—ex Paulo affert Naevi verba thes. nov. lat. VIII, 67.

XXVII. Diomed. 334 amo veteres inchoativo modo amasco dixerunt — Naevius. — cum in Parisinis libris sit Nevios, in Monacensi solo Nevius, non est improbabile restituendum Novii atellanarum auctoris nomen, sicut visum O. Ribbeckio. quamquam illud opinioni eius adversatur, quod nusquam alias, si libris scriptis fides, Novii fabulis usus est Diomedes, at series Naevii.

#### Dubia.

Fest. 262 rutabulum est quo rustici in prouendo igne utuntur panis coquendi gratia. Novius in pico — Navius obscenam viri partem describens: vel quae — rutabulum. Naevii nomen a plerisque repositum; at ab Augustino Novii; idque rectius ideo quod idem error invenitur in eiusdem Festi codice pg. 270 s. l. redhostire; cf. falso adser. II. — ceterum post versum picii Noviani apparet excidisse lemma quo indicaretur rutabulum dictum interdum pro membro virili.

#### Falso adscripta.

#### Andromache.

Serv. in Verg. georg. I, 266 fiscina. Naevius in Andromacha. — haec a tragica pompa cum sint alienissima, iure suo a Bothio ad Novium auctorem et genus atellanum sunt relata. nam hoc haud raro res mythicae tractabantur, velut eiusdem Novii Phoenissis.

#### Lupus.

Fest. 270 redhostire referre gratiam. Navius in lupo. Novius Augustinus, al. Naevius. fuit ex fabulis haud dubie Atellanis, cui saepius generi bestiarum nomina sunt inscripta. — dictum de hoc fragmento pluribus vitae Ennii pg. 84.

### COMMENTARIUS <sup>207</sup>

#### in Livium et Naevium.

#### Livius.

Livius Andronicus Tarentinus cui alii per errorem Titi addunt praenomen, quod est historici, alii Lucii, quod ex gentili nomine suspi-

*Supponitur*



ceris ortum, primum a. 240 a. Chr. in scaenam dedit fabulam ex graeco conversam novaeque litterarum Latinarum initium fecit aetati. Idem saturnio usus metro et odysseam transtulit et hymnos quosdam in laudem deorum composuit.—In comoediis Menandrum et Philemonem ac Diphilum et qui horum vestigia legere est secutus perinde ac post eum Naevius, Plautus, Caecilius, Terentius. In tragoediis idem cum Naevio videtur usus esse maxime fabulis eorum qui post Sophoclis et Euripidis mortem scaenam illustrarunt Atticam assumptis haud raro argumentis, quae iam ab Aeschylō vel Sophocle vel Euripide essent tractata, atque ita immutatis ut aequalium adaptarentur iudiciis.

### Tragoediae.

Tam pauca extant Livii tragoediarum fragmenta, ut iudicium de eis ferri vix possit. Fuisse eum hominem non mediocris spiritus vel inde apparet, quod primus ausus est carmina Latina Graecorum ad exemplum conformare et hanc viam ita probavit Romanis, nemo ut iam sit ausus eam deserere.—Ceterum scripta eius aliquanto duriora fuisse Naevianis concludas ex eo, quod Cicero, vir antiquissimorum poetarum latinorum amantissimus, cum saepe Naevii laudet fabulas, Livii neque comoediis umquam utitur et tragoedias testatur non esse satis dignas quae iterum legantur (Brut. 18, 71).

Tragicorum latinorum, qui libera republica fuerunt, fabularum reliquias explicare ac disponere conatus est Otto Ribbeckius libro a. 1875 Lipsiae edito, de cuius virtutibus vitiisque dictum est in vita Ennii pg. 83 sqq. — Eo nos haud raro utemur, non minus tamen saepe in diversas abituri sententias. Nam ut omittam Ribbeckium interdum ratiuncularum argutiolarumque amore et hariolandi studio labi nimio, fragmentorum Livii et Naevii carminum tanta est et paucitas et aliquando obscuritas, ut dubia multa in eis insint, quaedam etiam tam perplexa, quae vix umquam expediri posse videantur.

Nos in explicandis reliquiis hisce cum priorum commenta tum proprium iudicium secuti, quò consuleretur brevitati, in rebus minutioribus aliquando auctorum quos sequeremur nomina adscribere supersedimus, neque saepe aggressi sumus aliorum doctorum diversas a nobis confutare opiniones.

Multae autem et Livii et posteriorum tempore tragicorum fabulae pertinent ad bellum Troianum et ea quae hoc sive praecesserunt sive insecuta sunt. Cuius rei non haec modo fuit causa quod ab ipsis tra-

gicis Graecis argumenta illa, quae Homeri et cyclicorum auctoritate essent consecrata, multum sunt tractata, sed quod Romani ultro ad eadem ferebantur, partim studio rerum bellicarum, partim propter Aeneae memoriam, a quo genus se ducere existimabant.

### I. Achilles.

Describebatur tragoedia Livii, sicut Achille Aristarchi Enniano, rixa Achillis et Agamemnonis; id quod apparet versu unico qui restat collato cum II. I, 291 sqq.; 240 sqq.—ceterum pro *ni*, quod a nobis restitutum est, in codicibus legitur utroque loco si. nec vero illud caret exemplis, bis a Nonio corruptam lectionem in uno exhiberi exemplo. cf. Enn. tragoed. 195 sq.; 362.—pro *malos* pg. 365 edd. habent *malas*, 473 *males* (excepto Bambergensi, in quo etiam *malas*).—tu om. libri 365.—id. *ibid.* dabit.

### II. Ajax mastigophorus.

Hac fabula quin Sophoclem potissimum secutus sit Livius, non videtur posse dubitari.

#### II.

virtuti laus praestatur, sed multo ocius senio tabescit quam gelu. edd. habent praestatur virtuti laus gelu (genu G) set (sed G, H) multo ocius venio (vento m. 1 H) tabescit.—illud senio, quod pro virium defectu positum, ut saepe, Turnebi opera est restitutum.—quam a nobis additum nec non gelu in locum suum revocatum. nam oportebat a Nonio hoc vocabulum nominativo poni casu vel accusativo, cum aliter non posset intellegi esse id neutri generis.—conferendi autem Aiakis Sophoclei vv. 1266 sq.:

φεῦ τοῦ θανόντος ὡς ταχεῖά τις βροτοῖς  
χάρις διαρρεῖ καὶ προδοῦς ἄλίσκεται.

#### III.

dicit Tyndarus apud Plautum Aristophontem Aiaci furenti praeter hortamenta (quibus usus is, cum vesania percussus porcos trucidaret et oves) esse simillimum. vetus tamen Camerarii ed. ibi habet ornamenta.—Livii a Plauto respiciet fabulam satis est probabile.

### III. Equus troianus.

Huius fabulae argumentum (quod etiam a Naevio tractatum) ex ipso titulo satis apparet. relicua incerta, neque quo spectet fragmen-



tum unicum quod restat comparet, fortasse verba fuere Agamemnonis auxilium Minervae ad Troiam tandem aliquando capiendam implorantis.—sunt autem, ut puto, cretici tetrametri asynartetorum licentia iugati, quam qui non admiserit, eum oportet cum Ribbeckii ed. priore ita dividere verba:

dá mihí  
hásee opés, quás petó, quás precór, pórrigé,  
ópitulá.

cet. pro porrige, quod vulgo receptum est, edd. habent corrige.

#### IV. Aegisthus.

Idem fere argumentum, quod Aeschyli et Senecae Agamemnonis, et in huius quidem fabula inveniuntur quaedam quae mirifice congruant cum fragmentis Aegisthi II et III. sed ea cum Ribbeckio cave credas petita e Livio, cuius tragoedias omnino non legerat philosophus, antiquissimorum poetarum contemptor superbissimus. sed fortasse ab Accio in Aegistho quaedam ex cognomine Livii carmine sunt ducta et per hunc propagata ad Senecam. *See below*

#### I.

haec ad reditum Agamemnonis troiana praeda magnificentum et civium studia visere regem gesticientium videntur pertinere.

pro laetavere, quod de coniectura scripsi, edd. Nonii 386 habent laetaviri, 32 laetavisti.

#### II. III.

Eurybates apud Sen. Agam. 442 sq.; 470 sq. de reditu Graecorum post Troiam eversam:

ut Pergamum omne dorica cecidit face,  
divisa praedast.—  
tum qui iacente reciprocos ludit salo  
tumidumque pando transilit dorso mare  
tyrrhenus omni piscis exultat freto  
agitatque gyros et comes lateri adnatat,  
antire naves laetus et rursus sequi.  
nunc prima tangens rostra lascivit chorus,  
millesimam nunc ambit et lustrat ratem.

libri praedam; praeda Iunius.—autem om. edd. 335.—Nereisimum Bentinus, nereisimum libri 335, rei simum 158. — clas-sum G, L, item m. 2 H; classem idem m. 1.—ceterum classum genitivus non videtur inveniri praeter hunc locum.—vias add. M.—lustrari pro lustrare etiam Plautus dixit Pseuduli IV, 7, 6.

## IV.

recte h. v. videtur Agamemnoni adscribere Ribbeckius, vetanti ne memoria patriae malorum in mentem revocetur Cassandrae captivae, cuius amore tenebatur.—haece M, haec v.—vostrum N. Heinsius, voster edd.

## V.

dicta haec de Agamemnone grates agente dis immortalibus propter felicem reditum; cf. Sen. Agam. 839 sqq.—pro deo dicat, quod prolatum a viro docto in Zarneckii actis litterariis a. 1872 pg. 472 sqq., edd. fere habent adeo ditati (adconditali L). — laudes M, laudet edd.

## VI. VII.

haec item ad Agamemnonem spectare manifestum, qui inter epulas fraude uxoris est interceptus. — Clytemestra; usitata forma apud antiquissimos Romanorum pariter ac novissimos. — ipse Bothius, ipse edd.

## VIII.

verba Aegisthi Electram ex templo quo confugerat protrahi iubentis.—mea vos maiestas procat Bothius, v. mai. mea pr. edd.; quo admissio minus erit elegans arsis quintae solutio.—animis add. M.

## V: Hermiona.

Pyrrus Achilles filius cum post captam Troiam Andromacham quae prius Hectoris uxor fuerat rapisset et ex ea Amphialum sive ut in Livii fabula scriptum est Anchialum genuisset, mox Hermionam, Menelai filiam, Oresti, cui nupserat, abductam matrimonio sibi iunxit. propter quod ab Oreste Delphis est occisus. cf. Hygin. fab. 123. scripsere de Hermiona etiam Sophocles et Pacuvius tragoedias.—sed Livianae quae fuerit compositio plane incertum, excepto quod Anchia-



lum apparet rogari a matre, ut Pyrrî consilium inflectat.—pro tu—  
fuat edd. habent te—fuas; idem Anciale.

#### VI. Andromeda.

De Andromeda etiam Ennius Acciusque scripserunt tragoedias. ver-  
sum unicum, qui restat, ad diluvium a Neptuno Aethiopum terrae,  
quorum regina Nereidas laeserat, immissam spectare manifestum.—  
confluges in lemmate Nonii habent L, H, confluge G; in verbis  
Livii hic conflugae, confluge L, confluges, mutatum in confluge,  
H.—conventu Iunius, conventum edd.—ceterum pro ubi nescio an  
scribendum sit fluvii, ut statuatur confluges idem esse quod con-  
fluentes et Nonium, ut saepe, errasse.—confluges a fluendo de-  
duci ut a fruendo fruges recte dicit Bergkii op. philol. I, 348.

#### VIII. Ino.

Haec ex cantico Liviano liberius transformata a Caesio Basso, Ne-  
roniani temporis grammatico, qui plura metra insolentiora ex anti-  
quissimorum poetarum latinorum libris elicere sibi visus est, olim in-  
tellexere docti. cf. quaest. Naevian. pg. XLV.

versus autem Livii qui dicuntur ex Terentiano petitos etiam affert  
Marius Victorinus pg. 25, 11 sq., apud quem recte scriptum est sed  
pro et, quod fertur apud Terentianum.—pro derige unus liber bonus  
Victorini dirige. — eiusdem auctoritate grammatici confirmantur illa  
quae sunt in pectore, ad certa, cum quidam coniecerint scribendum  
in pectora, ad caeca.—cum v. 1 comparari potest aen. I, 337 pur-  
pureoque alte suras vincire cothurno.

#### IX. Tereus.

Duplex fuit de Tereo fabula. alteram Ovidius metam. VI, 412 sqq.,  
illam quae minus fuit vulgata, ut recte iudicavit Ribbeckius, secutus  
est Livius. habes eam apud Hyginum cap. 45. — de Tereo et Accius  
tragoediam scripsit.

Tereus Thracum rex, qui Procnen Pandionis Athenarum regis duxe-  
rat filiam, ementitus coniugem mortuam avexerat Philomelam sororem  
eius ac stupratam dederat Lynceo regi servandam. sed id per Lethu-  
sam uxorem huius patefactum Procnae. quo cognito ita sorores facinus  
sunt ultae, ut Tereo Itym filium epulandum ponerent. quas cum Tereus  
insequeretur ad poenas expetendas, deorum misericordia omnes mutati  
in aves.



## I.

rarenter venio; verba Lethusae ad Proenen.

## II.

verba Proenae Ityn infantem traditurae nutrici, ut tota vacet amicae.—puerulum M, puerum cdd.—lactentem Bongarsius, laetantem cdd.—lactens est qui lacte utitur vel habet lac, lactans qui nutrit lacte.

## III.

verba Lethusae affirmantis Philomelam coactam coisse cum Tereo.—pro illo cdd. illos; porro pro Philomela ex, quod de coniectura scripsi, L, G soli mea, H m. 1 solim ex, m. 2 soli mea; solim ex etiam Genevensis.—limare caput saepius apud Plautum invenitur.

## IV.

haec quo pertineant prorsus incertum.—pro servos, quod Scriverii est, cdd. servus. dicitur et aliquem praestolari et alicui.

## Ex incertis fabulis.

## IV.

haut ut quem Chiro in Pelio docuit ocri.

illud docuit explet anapaestum; nam saec. III a Chr. 'it' in perfecti indicativo etiamtum erat anceps. unde in inscriptionibus aliquando scribitur per 'ei'.—similiter apud Naevium Dan. frg. V excidit pro cretico positum.—ceterum Livii verba ad Achillis fabulam videntur pertinuisse, ut Nestoris sint verba exprobrantis Achilli quod ira abripiatur; cum disciplina sit usus Chironis, sapientissimi ac mitissimi senis.

## V.

provocat Ribbeckius, vocat ed.

## VI.

anclabant Scaliger, anclabant cdd.

## VII.

haec nescio an verba sint Clytaemestrae recusantis Orestem Aegistho tradere necandum. illud pueri additum a me vestigia secuto codicis Festi. nam quod a Paulo omissum illud, nihil ad rem, cum conste

illi saepius truncata exempla, quibus usus est Festus, in initio, ut in ipsa pg. 163 s. l. neminis.—olim de coniectura add. M ad fulciendum metrum.

### Comoediae.

Iocosi argumenti fabulas Livianas et Naevianas omnes translatas ex nova Atticorum comoedia notum. et inveniuntur in reliquiis huius satis multae inscriptiones haud dissimiles. — Quo tamen iudicio in eligendis exemplaribus graecis, qua ratione in vertendis usi sint Livius Naeviusque propter paucitatem fragmentorum prorsus incertum est, excepto quod hunc maiore quam illum fuisse libertate in tractanda materia atque adeo antiquae Atticorum comoediae adinstar inseruisse fabulis quibus res publicae et principes Romanorum viri perstringerentur satis constat.—Idem sicut Plautus, Ennius, Terentius haud raro contaminandi usus artificio ex duabus fabulis graecis concinnavit unam.

Ceterum non improbabile est comoedias eius quasdam retractatas a Plauto atque ita effectum, ut nonnullae cognomines utriusque poetae ferrentur fabulae.

### I. Gladiolus.

confert Duentzerus ἐγχειρίδιον Menandri Philemonis Sophili comoedias.—idem subtiliter v. qui restat intellexit pertinere ad irridendum militem, de strage inter hostes edita qui gloriaretur. cf. mil. Plaut. v. 42 sqq.—illud pedes (pediculi) priorem habet longam.

### II. Ludius.

confert Ribbeckius γόητας Aristomenis, πλάνον Amphidis.—taurus add. M.

### Falso adscripta.

lepu' tute's et pulméntum quaeris?

haec vereor ne iniuria tribuantur Livio. videamus quid sit rei.

apud Vopiscum vitae Numeriani 13, 3<sup>o</sup> sq. leguntur haec: dixisse autem dicebat Diocletianum, cum Aprum percussisset gloriare, Aper/

Aeneae magni dextra cadis'.

quod ego miror de homine militari, quamvis plurimos plus quam militares vel graece vel latine vel comitorum

XVII 14, 31 may Georges Lex. f. v  
pulpaementum: ego semper lego Zinlet Jacq  
viciis. s. s. f. s. aliter semper in his pulpaemento



usurpare dicta vel talium poetarum. ipsi denique comici plurimque sic milites inducunt ut eos faciant vetera dicta usurpare. nam et 'lepus tute es, pulpamentum quaeris?' Livii Andronici dictum est, multa alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.

in his plures insunt errores. ac primum quidem apparet post illud 'plurimos' quaedam intercepta, et haec fere scripta a Vopisco 'quamvis plurimos sciam memorare neminem saepius quam militares' e. q. s.—praeterea reponendum vel aliorum (alium Eyssenhardtius) poetarum.

ex eis autem quae secuntur concludere docti verba 'lepus tute es, pulpamentum quaeris?' quibus Thraso miles utitur Terentii eunuchi III, 1, 36, assumpta ex Livii Andronici comoedia quadam. sed enim abhorret a probabilitate Terentium, maioris in transferendis fabulis Graecorum artis et curae auctorem diligentissimum, aliquid assumpsisse a Livio, poeta casco et prisco, quem numquam memorat, cum Naevii, Plauti, Ennii fabularum idem inciat mentionem. at si recte scripsere docti in loco Vopisci 'multaque alia quae', etiam Plautus Caeciliusque multa ex eodem in sua carmina recepere, quamquam ne a Plauto quidem comoediae umquam tanguntur Livii, quae aliquanto minus videntur placuisse Romanis quam tragoediae. nam a solo Festo bis citantur (pg. 210; 330), numquam ab alio auctore, nec a Cicerone, homine antiquitatis amantissimo, neque a Nonio, qui tragoediis illius saepius utitur.

fugit autem doctos Vopiscum loco quo comicos memorat non iam agere de poetarum lectione frequenti militibus, sed eorundem de studio afferendi dicta vetera qualiacumque, sicut Dioeletianus dum occidit Aprum usus est verbis quae tribus saeculis ante erant prolata.

quae cum ita sint, apparet Vopiscum errore nescio quo adductum Terentii verba illa, quae huius tempore fuisse pervulgata docent Gnaethonis parasitae respondentis militi illa 'tuum obsecrone hoc dictum erat? vetu' credidi', habuisse pro Livianis; quem quidem existimo memoria lapsum ex Terentii commentis, quae plurima tum ferebantur traxisse et Livii nomen et ea quae de Plauto et Caecilio memorat. cumque post illud 'dictum est' aperte hiet oratio, equidem ita conicio lacunam supplendam: nam ét 'lepus tute es, pulpamentum quaeris' Livii Andronici dictum est vetus et multa alia quae Plautus Caeciliusque posuerunt.

caeterum cum asyndeton parum placeat, quod Bembini codicis Terentii



ac Vopisei librorum asseritur testimonio, sed videtur venisse a correctoribus, ut metro consuleretur, Bentley a nobis recepta est coniectura.— illud tute's Bembino firmatur, in quo prius fuerat idem quod vulgo fertur tute es.

### Naeivius.

Cn. Naeivius Campanus quinque annis post Livium primum docuit fabulam conversam ex Graeco. Idem primus de regibus vel ducibus Romanorum scripsit praetextatas. Praeterea saturnio metro bellum Punicum primum est persecutus. De cuius indole plura dicta in vita Ennii pg. 86 sq. — Quamquam certum ab omni parte de eo iudicium propter paucitatem versuum qui extant non magis potest ferri quam de Livio, tamen aliquanto melius in tragoediis comoediisque quam in carmine epico videtur ei res cecisisse. Nec vero id mirum, cum in fabulis scribendis Romanorum sui saeculi, qui miro litterarum graecarum studio tenebantur, secutus sit impetus, in libris de bello Punico cascae horridaeque aetatis, quae Marti magis quam Musis vacarat, torporem.— ceterum Thaliae quam Melpomenae videtur fuisse studiosior. certe aliquanto plures comoediae eius memorantur quam tragoediae.

Pro Naeivio saepe scriptum Naeivius, neque raro nomen eius confusum cum Novii, Livii, Laevii, aliquando etiam cum Ennii.

### Tragoediae.

#### I. Iphigenia.

Hac fabula non Tauricam, ut videtur Ribbeckio, Iphigeniam, sed eam quae Aulin est arcessita, ut pro Graecorum salute offerretur Dianae, perscriptam certo constat. quo enim pacto potuit Graeciae portus, quem petebat illa, vicinus dici Tauridi?—itaque verba sunt illa Dianae, iubentis donatam salute Iphigeniam nave in ponti Euxini oram ultimam avehi, cum frequentior fama obtinuerit eam per auras ablatam.

velo docti, vel hoc edd. — Aquilonei hanc in portum M (in portum iam Mercerus), aquilone hortum edd.—fer foras, ex angustiis freti Euboici.

#### II Hector proficiscens.

Hectoris post Troiam placandae Minervae causa aliquantisper revisam discessus ad bellum redintegrandum hac fabula describebatur

(cf. II. I. VI). Hectorem tragoediam Astydamas scripserat, qua etiam celeberrimum illud Hectoris cum Andromache colloquium est tractatum, ut similis cum Naeviana argumenti eam fuisse appareat.

I. verba Hectoris valedicentis patri, qui de virtute filii gloriatus erat.

II. eiusdem verba Hectoris; cum quibus conferri possunt II. VI, 526 sqq.—tunc, si Minerva iram in Troianos abdicarit, — adoriam M, adoriant v.—nequi Hermannus, nequis edd.

### III. Equus Troianus.

cf. Livii fabula cognominis.

I. si sc̄iens fallo; cf. de Sinonis iure iurando aen. II, 153 sqq.

II. mea moriaris manu O. Ribbeckius; mea manu moriare edd.

III. illud Phryges ex prioribus Naevii verbis additum, postquam dictum eius in proverbium abiit, et Ciceronis testimonio probatur et ratione metrica. videtur autem esse anapaesticus numerus.

### IV. Hesione.

Aesionam a Naevio inscriptam probabile reddidit Buechelerus ea re, quod Varro initio lemmatum alphabeti ordine descriptorum locavit fabulam illam VII, 107, et quidem ante eiusdem auctoris Clastidium. et invenitur idem nomen per a e scriptum corp. inscr. lat. II, 2223.—ita scaena a Romanis dicta  $\sigma\alpha\tau\upsilon\nu\eta$ . et quamquam alias spiritus asper adest nomini illi, fuit tamen Esionia terra in Lydia prope Sardes. notumque etiam alias in graecis verbis spiritum variasse.

argumentum fabulae fuit Hesiona a Laomedonte patre propter Neptuni iram perfidia meritam obiecta monstro marino et Herculis beneficio servata. cui cum Laomedon promissa non praestaret, expugnata est Troia, rex interfectus, Hesione Telamoni tradita.

versu unico qui restat verba Herculis contineri videntur Ribbeckio, qui usum eis post tempus frustra tritum cum Laomedonte tergiversante et promissa detrectante haud improbabiler coniecit.—ne mihi O. Muellerus, sine mihi edd.

### V. Danao.

Quaeritur quo inscripta nomine a Naevio fuerit haec fabula. nam „Danaen“, graeca finali, usus huius aetatis, qualis Plautinis demonstratur libris, respuebat; nec „Danaa“ potuit dici, cum latina lingua



non ferat 'a' geminatum. codicibus hic illic traditum „Danea“; sed propius abest a vero inscriptam fuisse antiquitus „Danam“. nam quae graece interdum Δανά, latine Dana potuit dici.

scripserat Acrisium tragoediam Sophocles, Danaen Euripides. nec tamen constat, quod exemplum secutus sit Naevius.—argumentum sat notum.

## I.

verba, ut Ribbeckio videtur, Iovis ad Mercurium aspecta Danae.—contempla Ribbeckius, contemplo cdd.

## II.

verba ut puto nutricis ad Danaen, cupientem egredi domo ad videndos Iovem et Mercurium, qui urbem erant ingressi.—videmus cdd. pg. 306.

## III.

haec de Danae dicta, cum corrupta esset a Iove.—eam nunc probris seis esse inventam conpotem M; cdd. eam nunc e. i. propriis (vel propriis) conpotem; probris iam Ribbeckius.—probris conpotem; Accius: magnis conpotem et multis malis.

## IV.

verba Acrisii poenas minitantis adultero.

## V.

verba Danaes desperantis se patri posse probare innocentiam suam.—excidit, longa finali; cf. Liv. trag. inc. lib. IV cum comment.

## VI.

eiusdem narratio de Iove imbris aurei specie ad se penetrante, de qua re se ante somnio dicit monitam (de somnio etiam cogitavit Ribbeckius).—auri Delrio, vivo M; cdd. animi iubeo. me add. Grotius.

## VII.

verba Acrisii irridentis filiam et calamitatis quam Semelae attulerat Iuppiter commentis.—quam Delrio; quae cdd.—quondam Iunius, quondam cdd.



## VIII.

verba Danaes, Iovis auxilium invocantis. — manubiae, fulmina Jovis; cf. Fest. pg. 129.—suppetias M, subpetat edd.

## IX.

haec Livio ascripta in Nonii libris; sed cum numquam alias memoretur huius poetae Danae, at Naevii decies citetur a Nonio, ego secutus sum ed. Aldinam, in qua hoc fragmentum tribuitur Naevio. — apparet autem quam bene huic versui conveniat cum eis quae praecedunt. nam aperte sunt verba Acrisii. — quae mea sunt magi' quam tua vel quae tua sunt minu' quam mea M; edd. quae tua sunt magis quam mea.

## X.

verba Danaes.

## XI.

haec de signo divinitus misso ad Danaes innocentiam confirmandam dicta.

## XII,

haec de Iove videntur esse dicta. Amoris potius vires describi putat Ribbeckius.—homines Vossius, hominis edd.—eius monosyllabum.

## VI. Lycurgus.

Lycurgus, Dryantis filius, rex Thracum cum insidiatus esset Baccho ad Indos expeditionem facienti eiusque comitibus, gravissimis affectus est poenis. memorat rem iam Homerus (II. VI, 130 sqq.). de supplicio eius alii alia tradiderunt. — scripserant de Lycurgo tetralogiam Aeschylus eiusque aequalis Polyphradmon. Naevius tamen quem auctorum secutus sit, prorsus incertum.

## I—VI.

verba satellitis missi a statione, quae fines regni tutabatur, et de adventu Bacchi eiusque agminis referentis.

## II.

Liberi Mercerus (sed adiectivo potius hic locus), libro II edd.—quacumque Vossius, quaque edd.

## III.

gnobili Scaliger, nobili ignobiles ed.

## IV.

iubatos Iunius, iugatos edd.—illaesae Bothius, in sese v.

## V.

suavisonum Vossius, suave summum edd.; id. melos.

## VI—IX.

verba Lyeurgi, imperantis satellitibus, ut captos adducant ex silvis cum duce bacchantes.

## VI.

regalis m. 2 H, regari prius idem, regali L, G. — agitatis H ta punctis notato, agitis L, G.—frondiferos H m. 2. — lucos; ita operarum errore, ut puto, Nonii editores Basilienses. certe in H, L locos legitur.—arbusta H m. 1, arbusto rel. edd.—ut nata Aem. Baehrensium, vineta edd. (ubi nata Scaliger).—obsitu H, obstutas L, G; et ita m. 2 pro varia lectione H.

ut, si recte habet, positum pro ubi; cf. comm. in Ennium pg. 182; 243. ita Graeci ἕνα.

## VII.

iubet Lyeurgus boves etiam agi in silvas, ut sacrificii obiecta specie alliciantur bacchantes.—miro autem prorsus et singulari invento Ribbeckius quadrupedum nomine intellegit Bacchi comites, quos manibus pedibusque vinctos et ob id quadrupedes dictos iubeat rex ad se adduci!—idem frgm. IX bipedes volucres eosdem voluit intellegi, dictos scilicet propter agilitatem incessus morumque levitatem! talia nisi qui ipse legerit haud facile crediderit posse excogitari. — pro ducite ed. Bamberg. habet ducito.—cum Mercerus, tum libri.

## VIII.

iubet Lyeurgus bacchantes in saltus remotissimos et arborum corona densissimos ac propterea aucupum artibus aptissimos illici, ut ibi circumveniantur velut aves.

alis (accusativ.) in alios M, alis sublimen alios fere edd.; in quibus illud sublimen, quod prorsus est ineptum, haud dubie ortum ex alis ubi in, per errorem praecepto ubi, quod statim sequitur.

quod genus vitii frequentissimum est in libris Nonii.—ilico add. M. quod vel de tempore vel de loco poterit intellegi.—linquont M, inquant v.

## IX.

idem rex iubet confinia silvis loca obiri a militibus, nequis forte possit fuga se surripere.—Thracas Bothius, trans edd.—late longae fervere dictum ut apud Lucretium legiones per loca campi fervere, et ferverē cum videas classem lateque vagari.

## X—XIII.

scaena ad Bacchum eiusque comites translata.—commodo (i. e. apto) cum schemate M (bacchico c. sch. v.); edd. modo bachico cum schemate. in isdem pro Bacchae brehae.

## XI.

verba Bacchi vel unius ex bacchantium numero, insidias timentis Lycurgi.—in venatu; dum venamur; venari de bacchantibus etiam Accius dixit: quanta in venando affecti est laetitudine!—vitulantis; cf. Clastid. I.—lucis Mercerus, locis edd. —laceratos vel laceratas M, decoratus (decoratis m. 1 H) libri; cf. Pacuv.: nam te in tenebrica saepe lacerabo fame.

## XII.

verba ut puto ipsius Bacchi ad satellites regios, simulantis se nescire iter. — ignoteis scripsi ad iuvandum metrum, cum in libris Prisciani, item Non. 485, 5 sit ignoti, eiusd. 124, 27 ignotae vel ignote. — admittendum quippe duxi apud Naevium et is in nominativo pluralis numeri secundae, quae finalis usque ad exitum liberae reipublicae invenitur in inscriptionibus, et adeo *d* in ablativo singularis, sicut constat eum in carmine de bello punico dixisse Troia d. Plautus quidem quatenus *d* paragogica, quae vocatur, sit usus etiam nunc inter doctos dubitatur, neque res est facilis ad discernendum. quod cum ita sit, ne in Naevio quidem *d* illa utendum putavi nisi raro et eunctanter.

## XIII.

bacchantium agmen hortante duce tradit se militibus Lycurgi nulla vi temptata eosque sequitur ad regem. hinc vox satellitis patientiam eorum mirantis. — sine ferro, manibus, pecua ut Bergkiius (pecua iam Mercerus); sine f, pecora m. ut edd.



## XIV — XXIII.

dum ad regiam contendunt captivi cum custodibus, Bacchus duci horum signa divinitatis dat haut dubia. ideo hic conterritus obsecrat regem, sed frustra, ut ab omni in deum eiusque comites abstineat violentia. cf. Ov. metam. III, 572 — 733.

## XIV.

eum, Bacchum. — sitis add. Ribbeckius. — pugnan Bothius, pugna cdd.

## XV.

namque ludere ut Vossius, nam ut ludere G, H, L. — sese Vossius, se cdd. — propter Iunius, praeter cdd. — aquam creterris sumere ex fonte Ribbeckius; libri 547, 28 creterris sumere aquam ex ponte vel sim. (ex fonte m. 1 H); 84, 14 haec tantum servata: sumere aquam ex fonte.

## XVI.

ad Baccharum cultum haec spectare manifestum. — mortalibus libri Non. 548, 26.

## XVII. XVIII.

haec egregio acumine vidit Scaliger ex Lycurgo sumpta et quidem pertinere ad Bacchum. — cet. cf. Ovid. metam. III, 608 sqq.

## XVIII.

haec ad Bacchum recte rettulere omnes. — pedibus v., pecudibus cdd. — in pedibus habebat. statuit Corssen de pronunt. ling. lat. II, 498 finalem 'bus' in dativis et ablativis ortam ex 'bhjas', sicut et 'bis' in nobis, vobis, et aliquando haut dubie productam. quam nos rem in medio relinquemus, servatis tamen exemplis duobus, quae apud Naevium reperiuntur antiquitus tradita, quamvis facile sit ea mutare. nam hoc loco scribi potuit: in pedibus diábathra habebat. neque enim licet ita scandere: diábathra in pedibus habebat, quoniam vocabulorum in tribrachum exeuntium numquam adhibentur finales ad solvendam arsin.

## XX.

ille, Bacchus. — feret ingenui aequae M, feri ingenii vel ingeni atque cdd. — feret iambicum, ut in Tarentillae II amat. — feret pro perferet.

## XXI.

sic Ribbeckius, sed edd. — cita ruit M, eis rapit edd. — inflexu id., corr. Mercerus. — dicit satelles perinde rei cognitae conditione ad mitiora debere converti Lyeurgum ac fluvius non eundem semper teneat cursum.

## XXII.

catalecticus tetrameter trochaicus non poterit servari nisi scripseris: 'óderunt di hominés iniustos'. — 'égone an ille iniurie fáimus?'

sed cum in codicibus sit homines iniuriose, potius erat cum Bothio scribi iniuros, itemque iniure pro iniurie oportebat restitui. — iniurus etiam ap. Plautum Pers. III, 3, 4 reperitur.

dicit vero Lyeurgus Bacchum potius iniuriarum auctorem, intratis contra ius gentium Thraecae finibus.

## XXIII.

verba Lyeurgi ut videtur ad satellites cunctantes manus Baccho inicere.

## XXIV.

verba Bacchi ut videtur incendium parantis Lyeurgi regiae.

## XXV.

fortasse in narratione nuntii de incendio Lyeurgi aedium haec fuere posita.—soli H m. 1.—illud candor (calor alter Bernensis) non intellego; fortasse aestu caldo. — quum Mercerus, cui edd.

## XXVI.

verba unius eorum qui ex incendio profugerant. — iam vires M; am ibi nos v. — flammae add. M. — in fine habent libri timos pavos. pavos quod Nonii lemmate non agnoscitur ex praecedente vel insequente vapos ortum.

## XXVII.

sunt verba Bacchi comitum, Lyeurgum ad supplicium exposcentium. — proinde huc Dryante Ribbeckius (proin Dryante Iunius), proin dustriante edd.

**Fabulae praetextatae.****I. Romulus.**

II cf. Varro VII, 28 'oscam' significat 'vetus'. eius origo sabina, quae usque radices in oscam linguam egit.

III. cf. ex inc. comoed. XXVIII, quod fragmentum ad Romulum referunt nonnulli.

**II. Clastidium.**

hæc fabula describatur splendidissima victoria, quam a. 222 M. Claudius Marcellus ad Clastidium de Gallis rettulit, interfecto regè eorum Viridumaro.

I. vitulantes; hoc partic. etiam Ennius usus in tragoediis. — de Vitula dea cf. Macrob. III, 2.

II. illa vita insepulta corrupta. — *redux*; apparet ex verbis Varronianis Ciceronis tempore non fuisse in usu huius adiectivi nominativum.

**Ex incertis fabulis.****I.**

faventem; furentem Quicheratus.

**II. III.**

fortasse ad Lyeurgum fabulam hæc pertinere.

**II.**

quis Ritschelius, qui Cicero. cf. comment. ad Lyeurg. XII.— algidam; sequebantur fortasse hæc: *Haemioram*. Horat. c. I, 12, 6 *gelidove* in *Haemo*.

**III.**

Grais atque barbaris M; Graais atque barbari Ritschelius, quem sequendum duxi, cum hiatus talis, qualem Cicero testatur admissum a Naevio, facultatem nullam videam. — ceterum conferenda quae dixit Ritschelius nov. excurs. Plautin. pg. 113 sq. — demonstratum a nobis in vita Ennii pg. 20 sqq. iam antiquo admodum tempore interpolationibus saevitum in vetustissimos poetas Latinos. praeterea ipse Cicero queritur ep. ad Q. frat. III, 5, quod mendosi admodum sua aetate ferantur codices scriptorum latinorum.



## IV.

quod add. Vrsinus.

## VI.

est add. Ribbeckius. — hic iungendum cum rusticus.

## VII.

ubi se venti frangebant loci Bergkii opusc. philol. I, 348; ubi venti frangebant locum Isidor., locum om. schol. Lucani.

## Comoediae.

## I. Acontizomenos.

fuit ἀκοντιζόμενος Dionysii comici, ἀκοντιζομένη Antiphanis.

## I.

ed. acontizomenus; sed in titulis graecis Romani graecas servant finales, nisi nomina sint vel olim in linguam latinam translata vel propria. ita Terentii fertur 'hautontimorumenos'.

## II.

huius monosyllabum; cf. Dan. fragm. XII.

## III.

ed. sulphicii noctu interfecit. illud Sulpicii recte ad Sallustii verba quae praecedunt videntur rettulisse docti. fuit qui coniceret supplicem noctu interfecit.

## II. Agitatoria.

## I.

quae ego nolo v., quod ego nolo ed.

## II.

med Bergkii, me ed.; saepe med, ted, sed accusativos apud Plautum inveniri notum. — domi meae M, servos Bothius, de meo sequor ed. — tax pax, pro quo male in excerptis ex Iulio Romano, quae Keilius Charis. ed. pg. 238 prompsit, legitur tux pax, non est gratulantis interiectio, ut ibi dictum, sed approbantis. — currentes ego illos vendam, nisi tu pretio viceris, 'ego illos' nescio an e superioribus irreperit. — pretio add. Gullelmii.

sensus autem verborum hic esse videtur, ut dominus hominum aegre ferentium condicionem servilem, in quam casu inciderant, respondeat patrono eorum vel amico, se eos per unum diem velut familiares domi suae habiturum, deinde ad conservos remissurum, et si fuga sibi consulant venditurum, nisi pretio soluto redimantur.

## III.

recte si habet lectio vulgata, apparet a Naevio, sicut apud Terentium saepius factum, septenarium iambicum (vel octonarium trochaicum) cum iambico octonario iunctum. ceterum cum grammatici haud raro in afferendis scaenicorum antiquissimorum verbis neglegentiores sint circa metra, nescio an Bothio sit assentiendum, qui trimetros effinxit tales:

sémper pluris féci potiorémque ego  
libértatem habui múlto quam pecúniám.

primi autem semipedis defectus commode poterit suppleri addito uam, sicut visum et Ribbeckio.

## IV.

plus add. M. ita Char. 184 affert multo propter Ciceronis exemplum tale: multo plura dixisse putaretur.—colligoreur Bothius, colligobeur punetis tribus supra alterum o additis ed.—arte colligore; cf. Plaut. Epidic. 677 age tu arte colliga.

## V.

secus per euphemismum pro male, ut saepe.

## VI.

„eho,  
an vicimus?“ — „vicistis“. — „volop est. quomodo?“ —  
„dicam tibi“.  
„eho extra versum positum, ut apud Plautum trin. 933 sq.:  
eho,

an etiam Arabiast in Ponto?

ac similia apud scaenicos inveniuntur multa; ideoque etiam Tarentill. VI attattatae seorsum posuimus. — volop (volup); cf. Ritschel. opuse. II, 450. — est a Bothio additum. — dicam tibi ut longioris responsi prooemium etiam apud Plautum invenitur.

## III. Agrypnuntes.

## I.

nulla M, multa v.; at Bothius: non perdocere multa, haud longe prom. oratiost.

## II.

in scenam M, in scena v. — in scenam tollere id est in publicum efferre. — praedatores M; praemiatōres, quod ideo falsum, quia neque in iambicis metris neque in trochaicis a Romanis *i* vel *u* vocalis mutata in consonam, v.

## IV. Apella.

## I.

edundod oculus ad hiatum vitandum scripsit Buechelerus; alii edundo ocellus. ceterum pro edundo pars librorum edendo.

## II.

ut illum di perdant C. F. W. Muellerus, ut illum dii ferant vel differant vel similia edd. Prisciani.—ut om. anon. Bern., apud quem et illam legitur et deferunt. — primus Bothius, primum v.

## V. Ariolus.

fuere πάντες Alexidis, οἰωνιστής Antiphanis, ἀγόρτης Philemonis, δεισιδαίμων Menandri.

## II.

alii hariolum inscribunt nota varietate librorum.—utei (pro ut) Buechelerus, autem cd.—leoni si—oreas Vrsinus, leonis—oreat cd.—deprandis, prandii expers, ieiunus.

## III.

notum est antiquitus fuisse similtates inter Romanos et Praenestinos; de qua re etiam ex Plauto constat.

Lanvini M, Lanuvini edd. — altris bis M, Geppertus, Roepertus, alteris edd.—vulvulam M, Geppertus, būlbam libri meliores; quidam bullam. volvam suillam statim post partum iniucundam ad edendum testatur Plin. hist. nat. XI, 37, 84. — in prólubium M, in proclivi v.—profundier Scriverius, profundere edd.



## VI. Astrologus.

## I.

numeri cretici. — edd. ac sibi pr. ac d.; corr. Bothius.

## VII. Carbonaria.

etiam sub Plauti nomine ferebatur carbonaria.

## I.

pars librorum adstant, adstat.

## VIII. Chlamydaria.

néque admodum a pueris abscessit, néque admodum adulescéntulust.

hic versus scandi non potest nisi admodum prima efferatur correpta. — et statuunt viri rei metricae Plautinae studiosi posse corripi syllabam posit. longam, si praecedat breve monosyll. vel elidendo curtatum disyll. priore brevi. — cet. fortasse Naevii tempore propter frequentiam usus pro ammodum pronuntiatum amodum prima brevi, sicut aperio, operio, oportet alia quaedam propter eandem causam corripuere primam. ita et Lucilius et Lucretius dixere corruptum; cf. d. r. m. pg. 360. — nec vero est improbable maiorem latere corruptelam, cum praesertim versus ille constet testimonio auctoris seri et incerti. — adulescéntulust Ribbeckius, adolescentulus est codex. in quo et abscesit legitur.

## IX. Colax.

fuit  $\chi\omicron\lambda\alpha\chi$  Menandri, quam et Plautus vertit fabulam; cf. Ter. eun. prol. 25.

## I.

recte videtur statuere Ribbeckius contineri hisce responsum parasiti ad militem, qui velut alteri Hereuli polluctam i. e. decimam partem bonorum ab illo sibi offerri voluerit; qualem reddere solebant huic deo ad expiandum siquid per malas artes fecissent lucri. — dicit igitur parasitus se iam polluctae instar publice epulum instituisse in honorem Herculis novi et huic insumpsisse, quidquid alieni (id est sive iniuria parti sive mutuo sumpti) sibi fuerit.

quid; plures libri qui (at sequitur *d*). — mi Hermannus add. — alienum Bongarsianus. — polluxi tibi iam Hermannus; polluxit

tibia edd. — Herculi Bambergens.—tibi, omissis relicuis Bothius.—decimas ut vocabulum ex eis quae praecedunt repetitum seclisit M.

## II.

vereor producta finali, ut saepius apud Plautum. — quantum ad sententiam, cf. Aristoph. ran. 1425 ποθεῖ μὲν, ἐχθαίρει δέ, βόλεται δ' ἔχειν.

## III.

edd. timedus vel tamedus.—pedibus me dedi; comica eloentio; cf. comm. in Ennium pg. 223 sq.

## IV.

me ex seq. v. add. M.—multasti M, me multatis edd.—audebam Mercerus, audiebam v. — mi Ribbeckius, mihi edd. — ultro add. M.—annuis Quicheratius, ennius libri. — est autem oratio servi propter libertatem donatam grates agentis.

## XI. Corollaria.

στεφανοπώλιδες fabula fuit Eubuli.

## I.

et auget add. M.

## II.

hanc accusativus subiecti.

## III.

si integra sunt verba, post nasum admissus hiatus, ut saepius in tetrametro trochaico apud Plautum.

## IV.

numne nunc vis te moneam unum, si videtur, quippiam M; num non vis e. q. s. Putschius, haud dubie ex ed. Caucheniano; num quippiam Neapolitanus.

## V.

st, tace Hauptius, setale ed. (st, tale Fabricius).

## VI.

formidolosust Bothius, formidulosus est ed.

## VI.

sensus horum verborum videtur hic esse, ut deprensus in osculando (cf. Plaut. mil. 1334 sq.) subito conversis in se oculis rivalis iubeat eum salvere, hic salutem datam respuat, eamque iterum deinde reddat ille. — attattattat attatae, ut apud Plautum plerumque attatae, rem inopinatam subito cognoscentis est interiectio. — istuc M, istud ed.

## XII. Dementes.

quod Ribbeckius scripsit „animae pauxillulum in me habet“ apparet hic ut saepius parum accurate tractatum auctoris qui affert verba Naevii locum. nec enim Diomedes de principalibus verborum formis agit, sed de frequentativis. quorum quidem exempla ex poetis petita, quibus deinceps utitur, non sunt nisi ea, quae a vulgi usu sint aliena, ut „adito“, „abito“, „inito“, „abito“, „hieto“. at „habitandi“ verbo usos esse Romanos vel adeo „habendi“ quo demonstraretur nullo hercule opus erat documento. — ceterum sensus in hunc fere modum poterit suppleri;

quod fuit animae pauxillulum in me, abitat iam diu.

## [XIV. Diobolaria].

cum Fulgentius sit quidem homo fidei levissimae, sed hic illic afferat quorum memoriam aliquam ex lectione antiquiorum auctorum hauserit, quae adscribit Naevio addenda duxi, non tamen sine uncis.— ceterum ex Plauto diobolares memorat Varro VII, 64.—pro mi v. legitur mihi.

## XV. Dolus.

habet Florentinus caperrata, non quod v. fertur caperata; et proci secundam in hoc verbo confirmatur Varronis Eumenidum versu, qui legitur ap. Non. 8, 32. quod cum ita sit, aut bacchiacis numeris illa constare ita: caperrata fronte i aut post caperata aliquid intercidisse statuendum.

## XVII. Fretum.

pro illis quae sunt quibus testimonium est quod fretum est Naevii coniecerunt alii alia, nihil tamen quisquam quod memoria esset dignum.—equidem cum olim extiterit fretum comedia, quam alii affirmarent esse Plauti, alii negarent (cf. Gell. n. att. III, 3, 7),



cur eadem non et Naevio potuerit adscribi minime intellego, sicut et carbonaria et colax utriusque feruntur poetae. — illud autem quod fretum est prorsus ex more dictum Varronis, velut habes VII, 46 Ennii versum sic citatum: et quod est; cf. ib. 15; 28.—neque erat cur Ritschelius parergon pg. 130 freti inscriptionem vocaret in suspicionem. notum quippe vulgo, a tenuissimis haud raro momentis rerum ductos titulos fabularum, veluti trinummi Plautinae.

illud equidem de coniectura scripsi ad numeros restituendos. nimis enim incondite ferebatur haec quidem hercle, quo admissio priorem in hercle correptam a Naevio statuas necesse est; quod admitteri posse iure negant Ritschel. proleg. trinum. pg. 127 et Bentleius ad eunuch. V, 8, 43.

pro illo nam apud Paulum fertur quae sic. — apparet autem irrideri feminam, quae hominem vita functum vel probrosum vel inaptum nimis efferret laudibus.

### XVIII. Glaucoma.

#### I.

quod; fortasse quo.—opsinio quid. libri. — meam add. M.—duriores cum sint numeri, licet vitio careant, nescio an sit scribendum:

quod de obsonio stilo ille mi in manum pepigit meam.

ceterum glaucomam feminino genere etiam Plautus dixit. et multa talia apud antiquissimos Romanos.

### XIX. Gymnasticus.

cum antiquissimi Romani saepius ad emolliendos consonarum nexu, qui in lingua latina aut numquam invenirentur aut raro, interposuerint vocales (veluti dixere minam, Aesculapium, Aleumaenem, Tecumessam, drachumam), Ritschelius hanc fabulam „gymnasticum“ inscribi voluit, cuius formae semel in Nonii libris qui solus hanc comoediam memorat vestigium extat. sane etiam Ciceronis aetate Catullus 64, 60; 63 tali usus nec minus Varro d. r. r. I, 55, 4.—ceterum pro gymnastico aliquoties in Nonii libris legitur gemnastico.

de argumento parum constat. inducitur homo ad nuptias incundas paratus et mox amoris vim expertus (I, II, III, IV), praeterea parasitus (V) et senex quidam, qui amanti, nisi fallor, promittit se omnia sua ei legaturum (VIII).

## I.

age vel da add. M.—virginem ducere om. mediis L. quantum ad rem, conf. Plaut. Stich. 118 sq. age tu die altera: utra condiciost pensior, virginemne an viduam habere?

## II.

tam sis pauxillus Bothius, tam pausillus sis edd.

## III. IV.

de Amoris potentia haec videntur esse dicta.—dissicis, ita saepe scriptum pro disicere.

haut v., aut edd.—simil est Ribbeckius, simile est Nonius.—hic add. Ribbeckius.—simil; cf. debil Ennium (ann. 341) et quae dicta sunt ad h. l.—illud homo ex Titinii qui praecedit versu ubi abundat huc revocavit Ribbeckius.

## VI

destitui iubet ancoris ed. Vrbinas 308; relicui iubet destitui ancoris; in alto destitui ancoris navem iubet Bothius.

## VIII.

atqui M, atque v.—meis monosyllabum, ut saepe, etiamsi illud atque servaveris.—omnibus longa finali; cf. dicta ad Lycurg. XVIII. hoc tamen loco facile reponere omnibus te ego herem faciam. — herem H. m. 1, heredemrell.

## XXIII. Nagido.

Nagidonis nomen haud dubie corruptum; certe alias inveniri non memini.—Ναγιδῶς incolae urbis in confiniis Ciliciae et Pamphyliae positae; cuius mentionem latere posse in illo Nagidone putat Ribbeckius.—notandum autem Varronem in lemmatis, ut alias interdum, ita hoc loco alphabeti sequi ordinem, non ut possit reponi cum Scaligero in agone, cum praecesserit Lampadio fabula.

elucidatus; cf. Paul. 55 elucidatum dulce et suave dicebatur; id. 98 glucidatum suave et iucundum. Graeci enim γλοκὸν dulcem dicunt. illud haesit ex antiqua orthographia. nam ad Pyrrhi bellum *c* apud Romanos et pro *g* ponebatur.

## [XXIV. Nautae].

supplementa Vrsini satis incerta, ut ne de nomine quidem fabulae constet.

## XXV. Nervularia.

fuit et Nervularia Plauti.

## I.

callum v., gallus cdd.—gliris glandia v., glifis (clifis L) grandia cdd.

## XXVI. Pellex.

fuit *παλλακή* Menandri, Diphili, Alexidis.

desim Bothius, desine v.; ita ap. Non. pg. 151 bis *pien pro piem.*—soeru M, socii cdd.—patrueli Mercerus, patui cdd.

## [XXVIII. Phileporos.]

sculponeae non recte explicatae a Fulgentio. cf. interpret. ad Plaut. Casin. 386.—latera sunt probe M, sunt latera probe v.

## XXIX. Proiectus.

comparat cum proiecti titulo Ribbeckius *cistellariae Plautinae* I, 2, 4 sq. parvolam pueram proiectam ex angiportu sustuli.

## I.

patit edd. vet.; patitur v.—tu patias alter Paris., tu potior Monacens.

## II.

quid imperas v.; quia imperas vel quam peras cdd.

## XXX. Quadrigemini.

labori is M, laboris cdd.; labori v.

## XXXI. Stalagmus.

Stalagmus servi nomen in captivis Plauti.—de initio frgm. huius dictum in testimoniis.—meus est homo M, meus homo est v.



## XXXII. Stigmatia.

quantumvis speciosa Scaligeri sit coniectura, qui proebia vel proebra reponi voluit, tamen ne mutarem lectionem traditam effectum est Pauli lemmate (pg. 235) praebia remedia. quamquam apud Festum 238 sane videtur esse restituendum: proebia rursus Verrius vocari ait ea remedia—ea vocari ait proebia, quod mala prohibeant. ibi utroque loco cd. praedia.

## XXXIII. Tabellaria.

## I.

apparet haec tali fere modo supplenda:

pulchram et candidam

qui habet uxorem sine dote e. q. s.

de relativi usu liberiore videnda quae sunt dicta in vita Enni  
pg. 210.

## II.

attollas alter Parisinus.

## XXXIV. Tarentilla.

in Tarentilla quin primae fuerint partes puellae formosae et lascivae non potest dubitari. eam aliquando vero amore captam probabile est adolescentis, qui cum amico Tarentum venerat, ut urbis luxuriosissimae frueretur deliciis, sed rupta fide desertam postquam patres advenire ad reducendos domum filios. cf. II, XII, IX—XI.

## I.

haec verba male intellecta a Momseno et Ribbeckio. qui, cum ferretur antiquitus:

quae ego in theatro hic meis probavi plausibus,

ea non audere quemquam regem rumpere,

existimarunt opponi libertatem eam dicendi, qua apud Orientis reges fruerentur poetae comici, austeritati Romanorum qui nollent quemquam in scaena vehementius arripi. at fraudi fuit eis accusativi cum infinitivo iuncti addita non particula usus, de quo dixit Lachmannus ad Lucr. I, 16. etenim non audere nihil est nisi exclamatio indignantis, quod nemo audeat. itaque si recte habet lectio tradita, in-

dignatus est Naevius quod nullus rex v.ilet insectari comoedias suas; quod ineptum esse facile apparet. scribendum cum Bothio:

ea nunc audere quemquam regem rumpere?

regis autem nomine oblique perstringit aedilem vel alium magistratum nescio quem, qui propter dicta liberius se arripuerit ac voluerit castigari vel fabulas suas a scaena arceri.—ultimo item versu communi Romanorum libertati opponit illiberalitatem qua a theatris studeant quidam secludi omnem licentiam verborum.—ceterum illa meis—plausibus corrupta; certe mihi expedire non contigit.

## II.

descriptio lepidissima puellae lascivientis.

v. 1. quasi pila M, quasi (quid. libri quae) in choro pila v.—datatim, i. e. invicem dans et accipiens.—2 ita Paulus; apud Isidor. in fine add. alii annuit vel sim.; glosariorum varietas lectionis non digna quae memoretur.—3 alium percellit pede M (percellit iam Dacerius), alii pervellit pedem edd.—nota hiatum admissum post caesuram.—4 anulum alii dat spectandum Bothius, alii dat anulum (anolum Guelferlibian.) expectandum edd. meliores.—saviis M, et a labris v.—5 alii ducit M, aliis dat edd.

## III.

verba ut videtur Tarentillae querentis, quod adolescentuli secum una in publicum prodeundo ora in se hominum convertant.

oiei. Bothius conf. Plaut. mil. 1406, ubi item est disyllabum; ei ei cd.—iamne M, etiamne Keilius, etia am se. cd.—id. in eum; mecum Fabricius.—un ad M, una v.

## IV.

haec verba vel ad puellam vel ad adolescentes pertinere manifestum.—defricatus, tersus, elegans.

## V.

cenaturis Ritschelius, cenaturi v.—ceterum mollior erit pes quintus, si legatur hiene.

## VI.

attattatae, hic subito metu conterriti interiectio.—amabo v., ambo ed.

## VII. VIII.

videntur haec esse unius ex adolescentibus, poenas metuentis a patre, quo invito Tarentum discesserat.

## VIII.

rusus Keilius, usus ed.—cum eo fuerim facere id; corr. Keilius.

## IX.

verba unius sive ex patribus duobus, qui Tarentum venerant ad filios secum abstrahendos, sive ex servis eorum.—habent pro habitant.—arte M, ante v.

## X.

salutatio patrum per filios.—ed. fortunati.

## XI.

quaerentibus post mutuam altercationem quid vellent fieri ad reconciliationem ineundam respondet unus ex patribus.

redeatis Fabricius, reductis ed.—abeatis; altius latere vitium soluta insolenter nimis antepaenultima arsi fit probabile.—domi—probra Ribbeckius, domos—probro ed.

## XII.

verba Tarentillae desertae.

siet Fabricius, fiet v.—siet M, erit ed.—morigera v., morigeret ed.—nota id., noto M.—quisquam etiam apud Plaut. et Ter. pro feminino genere invenitur positum.

## XXXVI. Testicularia.

fabula argumenti obscaeni. cf. et frgm. inc. XXXI.

## I.

scicidimus obscaene dictum; cet. sciscidimus ed. Regius, quidam scicidi minus.—concidam M, conseindam v. — significat is qui verba facit se eos, quibus ipse cum sodalibus usus sit in rem veneream, nullo iam loco habiturum, sed verberibus affectos expulsurum.—quantum ad abiciendi verbum, cf. Ter. ad. IV, 7, 25 sq. quae (psaltria) quantum potest aliquo abiciendast.



## XXXVII. Triphallus.

argumenti obscaeni, fuit et Varronis satira menippea τριφαλλος, περι ἀρρενότητος.

## I.

sin M, si edd.; umquam si Carrio; sicumquam (ut sicubi) Bergkii; set si umquam Hertzius.—sumpse Fruterius, sumpsisse libri.—extempulo Fruterius, qui dicit a se inventum in membranis; extemplo edd. noti.—v. 3 de capistro molentium in pistrinis ori adfixo interpretatur Ioann. Frid. Gronovius.—ceterum non abhorret a vero errasse Gellium in explicando eo quod est rescivero dictumque id pro rursus scivero, quamquam testatur ille aliter ac memoraverat usurpatum rescivendi verbum apud eos qui diligenter locuti sint se non invenisse.

## II.

cur Bothium secutus hunc versum triphallo adscriberem haec futi causa, quod priore fragmento inducitur pater cum servo a filii partibus stante litigans, cum verbis a Donato allatis describatur adolescens servi conscientia innisus et cum eo omnia communicans.

## XXXVIII. Tunicularia.

## I.

*146*  
*62*  
*117* Theodorum Bothius; notum id pictoris nomen ex Plinio.—adpelles Bothius, compellas ed.—aris Scaliger, aras ed.—aris compitalibus dativus, suspensus a pinxit.—circumtectus O. Mueller, circumtectuas ed.; circumtectata Scaliger.—videtur autem his versibus commendari Theodorus a Naevio eis qui picturam sibi vellent confici.

## II.

ecbolus O. Mueller.

## III.

nauci Bothius sine causa.—olim demonstratum est a nobis ad illa quae sunt nauci, flocci ducere, facere non semper addi non, sed ommissa negatione harum elocutionum vim eandem quam addita.

## EX INCERTIS FABULIS.

## I.

mortales (est punctis notato) ed. antiquissimus Guilelmi Libri; mortalem v.—quantum ad sententiam cf. Philem. inc. fab. XLV τὸν ζῶντ' ἀνάγκη πόλλ' ἔχειν ἐστὶν κακά.

## II.

n. h. est hodie apluda nequior quam tu thesaurus.—hodie, hoc tempore.

III. circumveniri (potius circumvenirei) videor Ribbeckius non male.

## V.

an est nata edd. Diomedis.—pars librorum praegnans, prignans, prignans, simil.—vel secundum om. Paris. alter Diomed.—cet. confert Ribbeckius Plauti rud. 430 vel tu mi aias vel neges.

## VI.

eu Ribbeckius, heu edd.—e add. Ribbeckius.—equidem M, quidem v.—successit O. Muellerus, succenset Florent.

## VII.

per gessit gloriose Ribbeckius, saepe g. gl. edd.—cum pallio ab am. abd. uno Klussmannus, c. p. uno ab am. abd. v.—non opus est reponi palliod, cum hiatus post quartam septenarii iamb. arsin satis sit frequens.—ceterum pro amica meliores libri amico.

## VIII.

curru Ribbeckius.—insidet Fleckeisenus, insidit edd.—dictatores ludorum faciendorum causa saepius creabantur.

## IX.

tintinneibant M, tintinnabant vel titinnabant apographa libri Farnesiani.—agitur de servo ad molas relegato. cf. Enn. pancratiastae III.

## X.

mare interbibere; comica elocutio de ἀδανάφ.

## XIII.

librum de fabula dici haud infrequens. at illud ludo si scriptum est a Cicerone, potuit esse Lydus, ut servi nomine fabula haec fuerit inscripta, sicut Stichus Plauti.—ceterum quam incredibilia de hoc fragmento commentus sit Ribbeckius qui id ascribit Lupo fabulae praetextatae, qua de Romuli et Remi infantia actum sibi persuasit, vitae Ennii pg. 84 sq. memoravimus.—qui facile potuit meliora doceri, si Ciceronis verba respexisset. is enim ad externam civitatem (graecam scilicet) versus Naevii pertinere testatur. quamquam a Naevio, qui saepe sui temporis res tangit, oblique perstrictum rerum romanarum statum, qualis fuit post proelium ad Trasimennum lacum vel ad Cannas, valde est probabile.

quod v. 1 positum est, Arminii Koechlii est inventum. nam in libris habetur cedo qui vestram rem publicam tantam amisistis tam cito?—provenientur, mutatum in provenient Parisin.—novei Ribbeckius, novi et vel novi edd.; novei hic monosyllabum, ut alias cave; ita apud Catullum Ravidus disyllabum.

## XIV.

qum scitost opus vel qum quo scito opust M, qui que scit id est opus ed.; scito iam Scaliger, opust Ribbeckius.

## XV.

altercatio mutua. — pro Iustro Pauli ed. Guelferbitanus habet Iurco.

## XVI.

quod si unus Vaticanus.—eum add. M.—quod unus Vatican.—siet Bothius, sit edd.

## XVIII.

verum M; quamquam potest ante utrum desse syllaba, cum ex inscriptione fabulae truncea hic mancum fuisse librum archetypum Nonii appareat. aptum erit ut puta at utrum, sed utrum.—angulus pro ancillus L.—habeat calli Hermannus, calli habeat edd.



## XIX.

haec pessime corrupta. possunt multa fingi, velut:

eequi (ita Ribbeckius) non fuerit persivus, cum capiendast  
ratio vitae?

neque enim certum adest remedium. — illud sivus, persivus habere *i* longam Plauti versu, quem etiam affert Festus, fit probabile. nam ita scribendus est:

nŭl deconciŭlŕis ibus, nŭsi qui persibŭm sapis.

ibi qui ut fortasse etiam in Naevii verbis est adverbium, spon deum autem, non iambum, in quinto pede trimetri poni, si is constet fine verbi duarum vel plurium syllabarum, ratio flagitat metrica potetarum latinorum.

## XX.

Cererem Venerem thesaurus.

## XXI.

sandaracinod M ad hiatum vitandum; quamquam apparet potuisse etiam omitti quaedam. Paulus sandaracino.

## XXII.

et Maius; aut ed. — ceterum male illa regum filiis adiecta Naevii verbis a Ribbeckio, qui parum accurate legit locum Frontonis. — versus autem poetae quomodo sit supplendus, prorsum incertum est.

## XXIII.

compleverunt brevi paenultima, ut saepe apud poetas latinos.

## XXIV.

hoc ut alia quaedam in thesauro illo ex Festo ductum probabil fit Pauli verbis (pg. 70): depuvere, caedere. Lucilius: pal- misque misellam depuviit me. — ceterum de coniectura scripsi depuviit; nam fertur depuit; cf. quae sunt adscripta in editione nostra ad Lucil. inc. libr. frgm. LX.

## XXV.

porcino Dalecampus, piscino ed. — de parasito haec videntur dicta, quem conicit Ribbeckius ridicule scriptum a Naevio et ipsum meruisse armis, h. e. petimine inter armos suis posito.

## XXVI.

cum in glosis Philoxeni et bilbit inveniatur et bilibit, utrum bilbit amphora scribendum sit apud N. an bilibit plane incertum.

## XXVII.

edd. primolum. nunc amaseo primulum Forcellinus uno versu.—cet. cf. Plauti mil. 1004 herele vero haec iam adlubescit primulum, Palaestrio.

## XXXI.

Pantaleo ille immanis fuit tyrannus, quem tradit Heraclides politiarum cap. 6 (hist. Gr. II, 213 ed. Mueller.) missos ad se legatos testibus privasse eisque vesci coegisse. itaque Ribbeckius coniecit in testicularia eius factam mentionem.

## XXXVI.

illud ex omnibus ad maxime pertinet.—hoc est add. Keilius.

## Dubia.

v. 1 vae! quae sperat se nupturam iam vere adolescentulo. ita M (adolescentulo iam Vrsinus; nupturam viridulo adolescentulo Ribbeckius); vel q. s. se n. viri adolescentulos cd.—v. 2 detritum M, retritum v.

## Falso adscripta.


## Andromacha.

in fiscinam vindemitor Bothius, vindemiator in fiscinam Servius.


## Lupus.

ed. habet vel veiens regem saltant vibae albanum mulium comitem senem sapientem contra redhostis menalust. — salvere iubet Vrsinus (iubeo Scalig., fortasse recte); salutatur (ita iam Scal.) Viba (quod Etruscum est nomen) Buechelerus.—Amulium et eo miter Scal. — relicua nos correximus. — quantum ad rem, videtur atellanis, quod proprium Romanorum comoediae fuit genus, Amulius, qui Romulum et Remum iussit exponi, perinde esse irrisus atque ultimus Veientium rex.

---







PA  
6477  
L2  
1885

Livius Andronicus  
Livi Andronici et Cn. Naevi  
fabularum reliquiae

PLEASE DO NOT REMOVE  
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

---

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY

---

